Sic	♄ ♃ ♂ ☉	uel in	♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒	& uel in	M. C. undecima duodecima quarta quinta ſexta	& orientalis.

	Fœm.		Fœm.		Fœm.	
Sic	♀ ☽	uel in	♉ ♋ ♍ ♏ ♑ ♓	& uel in	prima ſecunda tertia ſeptima octaua. nona	& occidentalis.

Digitized by Google

Iſto modo contingit aliquando planetam tripliciter eſſe in ſuo Hayz, Primo iuxta moram ſupra uel infra terram. Secundo iuxta maſculinitatem uel fœmi. ſigni. Tertio iuxta quartas maſculinas uel fœmininas, quod alias conformitas quartæ dicitur. Notandum autem quòd Mercurius aliquando diurnus, aliquãdo nocturnus, nunc maſculinus deinde fœmininus iuxta configurationem eius cum planetis, uel iuxta naturam ſigni in quo reperitur, ſi alteri non fuerit coniunctus uel configuratus, quod bene notabis.

Ductoriam, quæ & ſecuritas dicitur, cognoſcere. Canon xx.

CVm planeta fuerit in ſuo Hayz & in angulo, & luminare temporis in angulo ab eo, præter oppoſitionem. id eſt in quadraturis, ita ut in die planeta ſit orientalis à Sole, in nocte occidentalis à Luna. Sic oportet, ut in die ſit in decimo ſigno à Sole. In nocte in quarto ſigno à Luna ſecundum ordinem ſignorum, ut ſic.



Almugeas uel intuitus planetarum ad Solẽ & Lunã inuenire. Canon xxi.

INtuitus iſte fit, dum à Sole in planetam, tot fuerint ſigna, ſecundum ſucceſſionem quot ſunt à ♌ in domum principalem talis planetæ, ut de ♄, domus eius principalis eſt ♑ ſextum à ſole. Si igitur ☉ fuerit in ♈ & ♄ in ♍, eſt almugea ☉. Almugea ☽, dum ſecundum ſucceſſionem à planeta in Lunam, ſunt tot ſigna, quot inter domum ſecundariam planetæ & ♋, ut dum Luna fuerit in quinto ſigno à ♃, ut in ſequenti facile conſpicies.

Almugea Solis.

Cum à ☉ in	♄	fuerit	6	ſigna.
	♃		5	
	♂		4	
	♀		3	
	☿		2	

Iſte intuitus non poteſt contingere ♀ & ☿, cum tot ſignis à Sole abeſſe non poſſint.

Digitized by Google

Almugea Lunæ.

Cum à	♄ ♃ ♂ ♀ ☿	in ☽ fuerint	6 5 4 3 2	Signa.

An planeta ſit obſeſſus, an ne. Canon XXII.

OBſeſſus dicitur, cum planeta fuerit inter duas fortunas uel infortunas, uel inter radios eorum, quoniam tunc obſeſſus dicitur, ut

♄ ♃ ♂	in g̃	6 ♉ 8 ♉ 10 ♉	ibi ♃ eſt obſeſſus à ♄ & ♂.	♄ 6 ♈ ☽ 8 ♋ ♂ 10 ♈	Ibi ☽ obſeſſa ex □ ♄ & ♂.

An uacuus curſu ſit aliquis planetarum, faciliter auſcultare. Canon XXIII.

CVm planeta ſeparatur ab aliquo per ☌ uel aſpectum, & nõ iungitur alteri per corpus uel per aſpectum, quandiu fuerit planeta in eodem ſigno, dicitur curſu uacuus, hoc tamen debet intelligi iuxta orbes uel radios planetarum. Exemplo accipe: Si ☽ ☌ ♃ in ♐, & poſt ſeparationem eius à ♃, non ſit aliquis planetarum in ♐, cui coniungi poſſet medietate orbis, nec radius alicuius, quem poſſet aſpicere. In hoc caſu, Luna uacua curſu dicitur, donec exeat de ♐, & iungatur alicui corpore uel aſpectu, ſed hanc ſolummodo in Luna obſeruamus. Aliud exemplum, ut ♄ 9 ♈, ♃ 10 ♊, ♂ 17 ♊, ☉ 20 ♈, ♀ 5 ♓, ☿ 24 ♈, ☽ 26 ♉. Ibi Luna à nullo aſpicitur in 26 ♉, neq; ullus illi coniungitur, donec eſt in ♉, quare uacua curſu cenſebitur.

An aliquis planetarum ſit peregrinus uel feralis. Canon XXIIII.

PEregrinus dicitur planeta. Cum non fuerit in aliqua ſuarum dignitatum eſſentialium, ut ♄ in 6 ♈ nullam obtinet dignitatem eſſentialem, ideo peregrinus dicitur. Feralis autem dicitur, cũ fuerit planeta in aliquo ſignorum, ubi nullus alter planetarum ſit, neq; radij alicuius alterius planetæ. Ille planeta quamdiu fuerit in ſigno, ſic ſe habente, dicitur feralis, id eſt planeta exiſtens in aliquo ſigno ſolus, abſq; radiis etiam aliorum.

Digitized by Google

Aſcenſionem & deſcenſionem planetæ in circulo eccentrico, & etiam epiciclo aucupare. Canon xxv.

Cũ centrũ planetæ uerum fuerit à	0 / 6	in	6 / 12	eſt	deſcendens / aſcendens	in eccentrico.
Cum arg. uerum planetæ fuerit à	0 / 6	in	6 / 12	eſt	deſcendens / aſcendens	in epiciclo



Receptionem planetæ, quæ pulſatio, commiſſio, uel donatio uirtutis, uel diſpoſitionis dicitur, concludere. Canon xxvi.

HAec eſt in triplici differentia. Prima, cum planeta fuerit in dignitate alterius, eundem aſpiciens, tunc pulſat, id eſt, mittit naturam domini, ſcilicet dignitatis, ad ipſummet dominum, ut ♀ in 3 ♍. ☿ 2 ♋, ibi ☿ committit naturam ſuæ domus & ſui termini, ipſi Veneri, & ♀ recipit & retinet, & fortius retinet iſtam fortitudinem quan

Digitized by Google

nem quãdo in angulo fuerit quàm in aliis locis cœli. Et ita ♀ poteſt adhuc conſequenter committere uirtutem ſuam altiori ſe, ſi ♀ ipſum ſuperiorem (exiſtentem in dignitatibus eſſentialibus ipſius Veneris) aſpiciat aliquo aſpectu, tunc conſequenter Venus committit diſpoſitionem ſuam ipſi ſuperiori, ut puta Ioui, ſi ♃ eſſet in ♉ uel ♎, & in terminis Veneris. Et quanto inferior eſt debilior, tanto illa receptio uirtutis ipſius ſuperioris eſt fortior.

Secunda, ut ſit planeta in dignitate ſua, aſpiciens alium, tunc enim illi alii mittit naturam ſuam, ut ☽ in 7 ♉, ♄ in 7 ♍, ibi ☽ mittit fortitudinem ſuã Saturno, cũ tamen ♄ nullam dignitatem in loco ☽ habeat.

Tertia, ut ſit planeta in dignitate ſua, aſpiciens alium, qui in eodem loco habet dignitatem, ut ☉ in ♈, ♂ in ♌. Ibi mutua eſt receptio, nam ☉ in domicilio Martis, qui ibidem habet exaltationem, & Mars in domicilio Solis. Alii autem receptionem in duplici differentia ponunt. Maiorem uolunt, quando planeta iungitur alteri per corpus uel aſpectum, aut p applicationẽ, & unus eorũ eſt in domicilio, uel exaltatione alterius, tũc ille, cuius eſt domus uel exaltatio, recipit alium quaſi in ſuo hoſpitio, & hanc dicunt eſſe perfectam & mutuam receptionem, ut in exemplo tertii iam dicti modi. Minorem dicunt fieri ex triplicitate, termino & facie. In hac oportet, ut habeat planeta duas ex minoribus dignitatibus, quoniã ex una non fit receptio, uel etiam: Si aliquis planetarũ coniungitur cum domino domus ſigni in quo fuerit, uel cũ domino triplicitatis eiuſdem ſigni, uel cum domino duarum de aliis dignitatibus minoribus, ſcilicet cum domino termini & triplicitatis, uel cũ domino termini & faciei, uel cũ domino faciei & triplicitatis, ſiue per corpus ſiue aſpectum. Tunc planeta, qui eſt dominus domus ſigni, uel alicuius dignitatis illius, committit & dat diſpoſitionem & naturam atq; uirtutẽ ſuam illi, ut

Ex domicilio.

☽ 3 ♈ { ☌ ✶ □ △ ☍ } ♂ 3 { ♈ ♊♒ ♋♑ ♌♐ ♎ } Ibi ☽ iungitur ♂, & ♂ de domo ſua, in qua ☽ eſt, recipit ☽ & committit ei diſpoſitionem & uirtutem ſuam.

Ex exaltatione.

exalt. ☉
☽ 3 ♈ { ☌ ✶ □ △ ☍ } ☉ 3 { ♈ ♊♒ ♋♑ ♌♐ ♎ } Ibi ☽ iungitur ☉, & ☉ de exalt. ſua in qua ☽ eſt, recipit ☽, & cõmittit ei diſpoſitionem & uirtutem ſuam.

Digitized by Google

Ex termino & facie.

Term.faci. ♄ ☿ 23 ♉ ♄ { ☌ ⚹ □ △ ☍ } ♄ 23 { ♉ ♋ ♓ ♌ ♒ ♍ ♑ ♏ } Ibi ☿ iungitur ♄, & ♄ dominus termini & faciei loci ☿ recipit ☿ & committit ei diſpoſitionem & uirtutem ſuam.

Translationem luminis uel naturæ, quam uim dare altieri planetæ uocant, inquirere. Canon XXVII.

DVm leuis ſeparatur à ponderoſo, & ante completam ſeparationem iungitur alteri per corpus aut aſpectum, tunc ille leuis transfert naturam primi ad ſecundum. Item etiam cum leuis iungitur ponderoſiori ſe aliquo aſpectu, & ille iterum ponderoſiori, tunc medius transfert naturam leuis ad ponderoſiorem, ut

□

☿ 8 ♌, ☽ 10 ♊, ♃ 12 ♓. Ibi ☽ trāsfert naturā ☿ ad ♃.

⚹

Vel etiam, quando planeta leuis ſeparatur à ponderoſiori ſe, & applicat alteri, qui eiuſdem ſit qualitatis. Et illum modum translationis ſequuntur moderniores, ut

☌

☉ 27 ♓, ☽ 1 ♊, ♂ 15 ♊.

⚹

Ibi Luna recedit à ⚹ ☉ ad ☌ ♂. & ſic ☽ defert caliditatem ☉ ad ♂ qui etiā eſt calidus, & ſic augetur Martis caliditas, eo quòd Sol dat uim ſuam ♂, quàm ☽ à Sole per aſpectum accepit.

Contrarietatem uel deſtructionem coniunctionum planetarum docte capere. Canon XXVIII.

HOc fit, quando tres planetæ in eodem fuerint ſigno, quorū unus ſit ponderoſus, alij uero duo leuiores, ita tamen ut unus duorum leuium, tranſiuerit ponderoſum, & alter petat coniunctionē ponderoſi, ſed antequam iungatur eidem ponderoſo, ille qui tranſiuit ponderoſum, fiat retrogradus, & iungatur ponderoſo per retrogradationē,

&

Digitized by Google

& tranſiens ponderoſum, iungitur etiam alteri leuiori, quoniam ſic deſtruitur ☌ prioris cum ponderoſo, ut ♃ 0 ♍, ♄ 8 ♍, ♂ 12 ♍ retrogradus, Iupiter ibi petit ☌ ♄. Sed antequam corporaliter uenit ad eũ, ♂ incipit retrogradari, & prius uenit ad ♄ retrograde, & deinde obuiat Ioui, & ſic deſtruitur ☌ ♃ & ♄. Hæc ab alijs interpoſitio dicitur.

Abſciſionẽ luminis uel naturæ unius planetæ ab altero diſcernere. Canon XXIX.

HOc fit dupliciter. Primo, cum planeta leuis, petit ☌ ponderoſi, ſed antequam iungatur ei, alter planeta iungitur illi ponderoſo, per retrogradationem, & ſic abſcindit lumen primi à ponderoſo & eſt quaſi idem quod contrarietas, niſi quòd hic tertius planeta, ponit in principio ſequẽtis ſigni, & primi duo, circa finem antecedẽtis ſigni, ut

☌

♃ 24 ♈, ♄ 28 ♈, ♂ 29 ♑ retrogra.

□

Ibi ♂ fit retrodgradus, (& coniungitur Saturno per retrogradationẽ ex □, & ſic Mars abſcindit lumẽ ♄ à ♃. Secundo, quando leuis petit ☌ ponderoſi, ſed antequam iungatur ei, ponderoſus iungitur alteri ſe ponderoſiori, & ſic ponderoſior abſcindit lumen ponderoſi à leui, ut ♂ 6 ♈, ♃ 9 ♈, ♄ 10 ♈. ibi ♂ petit ☌ ♃, & ♃ petit ☌ ♄. Sed antequam Mars iungitur ♃, Iupiter iungitur ♄. In tali caſu Saturnus abſcindit lumẽ Iouis à Marte, & iſte modus ſimilis eſt prohibitioni.

Collectionẽ luminis uel naturæ capere. Can. XXX.

CVm uni planetæ iunguntur duo uel plures, ille colligit lumina eorum, & recipit etiam naturam eorum.

Delationem luminis, quæ redditus uirtutis dicitur, inquirere. Canon XXXI.

DVm inferior aſpicit ſuperiorem combuſtum aut retrogradum, iam effectus debilis, remittit illi uirtutem ſuam, ut

☽ in ♉, ☿ in ♑ combuſtus.

△

Ibi ☿ debilis, reddit ☽ uirtutem ſuam.

Refrena

Digitized by Google

Refrenationem à coniunctione uel aſpectu, uidere. Canon XXXII.

QVando inferior ſuperiori cõiungi petit, ſed ante completam coniunctionẽ, retrograditur, hoc idem intelligitur de aſpectibus, ut ♀ 5 ♍, ♄ 12 ♍. Ibi ♀ uadit ad ☌ ♄, & ♀ incipit fieri retrograda, quare Venus ſic refrenatur à ☌ ♄.

Fruſtrationem à coniunctione, uel aſpectu planetæ capere. Canon XXXIII.

HAec fit, quando planeta leuis petit ☌ ponderoſi, ſed antequam iungatur ponderoſo, ponderoſus intrat ad ſignum, & in principio illius ſigni ſunt radij alterius planetæ quibus iungitur, tunc quando leuis peruenit ad ☌ ponderoſi, coniungitur radijs aſpicientis & ſic annullatur ☌ eius cum ponderoſo, propter radios aſpicientis, qui fruſtrant eius ☌, ut

♃ in 30 ♌, ♂ 23 ♌, petens ☌ ♃, ſed antequam uenit ad eum, Iupiter intrat ♍. Deinde pono quòd ♄ aſpiciat 1 ♍. Sic ♂ exiens de ♌, primo iungitur radijs ♄, & ſic annullatur ♂ & ♃ ☌.

Eleuationem planetæ ſuper planetam uidere. Canon XXXIIII.

HAec fit multis uijs. Primo, cum cõparantur duo planetæ inuicẽ in epiciclio, ut .ſ. ille cuius argumẽtum uerũ minus fuerit, eleuat̃ ſuper planetam, cuius argumentum uerum maius fuerit, & hoc uſq; ad 6 ſigna, id eſt, uſq; ad oppoſitum augis epicicli. Deinde autem uſq; ad augem epicicli, planeta cuius argumentum uerum plus fuerit, eleuabitur ſuper planetam, cuius argumẽtum uerũ minus fuerit, id eſt, planeta qui minus diſtat ab auge ſui epicicli, dicitur eleuari ſuper illũ, q magis diſtat ab auge ſui epicicli. Et hoc maxime conſideratur in ☌ planetarũ. Eodem modo poſſemus dicere: Quod planeta qui minus diſtat ab auge deferẽtis ſui, eleuatur ſuper planetam, qui magis diſtat ab auge ſua, ut ſupra Can. 25. Secundo, eleuatur planeta ſuper planetam ſecundũ latitudinem Zodiaci, quoniam in ☌, planeta qui habuerit latitudinem ſeptentrionalem, eleuatur ſuper planetam, qui habet latitudinẽ meridionalem. Quod ſi ambo habuerint latitudinẽ ſeptentrionalem, ille

ille qui habuerit maiorē, uadit ſuper alium. Quod ſi latitudinē habuerit meridionalem, ille qui minorē habuerit, eleuatur ſuper alium. Si fuerit unus in ecliptica, tunc ſeptentrionalis eleuatur ſuper eum, & ille qui eſt in ecliptica, eleuatur ſuper meridionalem. Tertio, ſi duo planetæ eſſent in medietate zodiaci aſcendente uel deſcendente, & haberent eandem latitudinem, quicunq; eorum in longitudine maiorem declinationem habuerit in ſeptentrionem, hic eleuatur ſuper alterum. Quod ſi ambo declinationem meridionalem habuerint, quicunq; ex eis minorem declinationem meridionalem habuerit, hic eleuatur ſuper alterum. Item, ſi duo planetæ diuerſarum fuerint longitudinum & latitudinum, qui maiorem declinationem ſeptentrionalem, aut minorem meridionalem declinationem habuerit, ſuper alterum eleuatur, propter aſcenſionem in ſeptentrionem. Quarto, quando planeta diſtat ab alio per 10 aut 11 ſigna iuxta ſucceſſionem, ſic angulus M. C. & undecima eleuantur ſuper aſcendens &c.

Qui planetæ amici uel inimici adinuicem ſint explorare. Canon xxxv.

Amici.

Amici:
- ♄ ſunt ♃, ☉, ☽
- ♃, omnes præter ♂
- ♂ eſt ♀, alij ipſum odio habēt, multo pl9 ♃ & ☉
- ☉ ſunt ♃, ♀
- ♀, oēs planetæ p̄ter ♄
- ☿ ſunt ♄, ♃, ♀
- ☽ ſunt ♄, ♃, ♀
- ☊ ſunt ♃, ♀
- ☋ ſunt ♄, ♂

Inimici

Inimici:
- ♄ ſunt ♂, ♀ — Sed magis ipſa ♀
- ♂, ſunt oēs planetæ p̄ter ♀
- ☉ ſunt ♂, ☿, ☽
- ♀ eſt ♄
- ☿ ſunt ♂, ☉, ☽
- ☽ ſunt ♂, ♀
- ☊ ſunt ♄, ♂
- ☋ ſunt ♃, ☉, ♀, ☽

Amici ratione concordantiæ in natura, q̄litate, ſubſtantia & poteſtate: ♂ ☉ — ♃ ♀ — ♀ ☽

Inimici ratione domorū oppoſitorum: ♄ ☽ — ♄ ☉ — ♃ ☿ — ♂ ♀

Inimi. ratiōe exaltat.: ♄ ☉ — ♃ ♂ — ☿ ♀

Planetā eſſe in lumine uel nō, auſcultare. Ca. XXXVI.

CVm planeta diurnus fuerit ſignificator alicuius rei in diurna figura, & planeta nocturnus cum fuerit ſignificator rei in nocte. Vel etiam planeta exiens radios ſolares, & non fuerit iunctus alteri, dicitur eſſe in lumine ſuo.

Decanos ſignorū, gradus maſcu. & fœmi. grad. tenebroſos, fumoſos, lucidos, uacuos. Itē gradus Puteales, Azemene, ac fortunæ prompte cape. Ca. XXXVII.

	Decani ſig.	Gra Maſ.& fœ.	G.te.fu.lu.uac.	G.Puteal.	G.Aze	G. fortūæ.
♈	0 ♂ 10 ☉ 20 ♃ 30	o m 8 f 9 m 15 f 22 m 30.	o t 3 l 8 t 16 l 20 t 24 l 29 t 30.	6.11.16.23.29		19
♉	♀ ☿ ♄	o f 5 m 11 f 17 m 21 f 24 m 30	o t 3 l 7 u 11 l 14 u 19 l 27 t 30	5.12.24.25.	6.7.8.9.10.	3.15.27.
♊	☿ ♀ ♄	o f 5 m 16 f 22 m 26 f 30	o l 4 t 7 l 12 u 16 l 22 t 27 u 30	2.12.17.26.30.		11
♋	☽ ♂ ♃	o m 2 f 8 m 10 f 12 m 23 f 27 m 30	o l 12 t 14 u 18 f 20 l 28 u 30	12.17.23.26.30.	9.10.11.12 13.14.15.	1.2.3.4. 15.
♌	☉ ♃ ♂	o m 5 f 8 m 15 f 23 m 30	o t 10 f 20 u 25 l 30	6.13.15.22.23. 28.	18.27. 28.	2.5.7.19.
♍	0 ☿ 10 ♄ 20 ♀ 30	o f 8 m 12 f 20 m 30	o t 5 l 8 u 10 l 16 f 22 u 27 t 30	8.13.16.21.22.		3.14.20.
♎	♀ ♄ ☿	o m 5 f 15 m 20 f 27 m 30	o l 5 t 10 l 18 t 21 l 27 u 30	1.7.20.30.		3.15.21.
♏	♂ ♃ ☽	o m 4 f 14 m 17 f 24 m 30	o t 3 l 8 u 14 l 20 f 22 u 27 t 30	9.10,22,25.27.	19.28	7.18.20.
♐	♃ ♂ ☉	o m 2 f 5 m 12 f 24 m 30	o l 9 t 12 l 19 f 23 l 30	7.12.15.24.27.	1.7.8.18. 19	13.20.
♑	♄ ♀ ☿	o m 11 f 19 m 30	o t 7 l 10 f 15 l 19 t 22 u 25 t 30	7.17.22.24.29.	26.27. 28.29.	12.13.14. 20
♒	♄ ☿ ♀	o m 5 f 15 m 21 f 25 m 27 f 30	o f 4 l 9 t 13 l 21 u 25 l 30.	11.12.17.22. 24.29.	18.19.	7.16.17. 20
♓	0 ♃ 10 ☽ 20 ♂ 30	o m 10 f 20 m 23 f 28 m 30	o t 6 l 12 t 18 l 22 u 25 l 28 t 30	4.9.24.27.28		13.20

Digitized by Google

Antiſcia planetarum in ſignis, gradibus, & minutis colligere. Canon XXXVIII.

Quære primo ſignum tui planetæ, cuius antiſcium uis in ordine ſignorum ſequentis tabulæ. Nam ſignum quod ad latus tui ſigni adiacet, eſt ſignum antiſcij tui planetæ. Vt: ſi ♄ eſſet ♈ 20 gra. & 10 m̄. quoniam ♈ adiacet ♍, ideo in ♍ mittit ♄ ſuum antiſciũ: Si gradum uis, intra cum gradu ♄ 20 in tabulam graduum, cui ad latus adiacet 10 gradus. Si minutum, intra ordinem minutorum cum 10 minutis ♄, quibus adiacet m̄ 50. Infer igitur Saturnum ex 20 gra. 10 m̄ ♈ mittere antiſcium ſuum in gradũ 10. m̄ 50. ♍.

Antiſcia in ſignis.

♈	in	♍
♉	in	♌
♊	in	♋
♑	in	♐
♒	in	♏
♓	in	♎

Antiſcia in gradibus.

1	in	29
2	in	28
3	in	27
4	in	26
5	in	25
6	in	24
7	in	23
8	in	22
9	in	21
10	in	20
11	in	19
12	in	18
13	in	17
14	in	16
15	in	15

Antiſcia in minutis.

1	in	59	16	in	44
2	in	58	17	in	43
3	in	57	18	in	42
4	in	56	19	in	41
5	in	55	20	in	40
6	in	54	21	in	39
7	in	53	22	in	38
8	in	52	23	in	37
9	in	51	24	in	36
10	in	50	25	in	35
11	in	49	26	in	34
12	in	48	27	in	33
13	in	47	28	in	32
14	in	46	29	in	31
15	in	45	30	in	30

Fortitudines & debilitates planetarum determinare. Canon XXXIX.

Sol dicitur

- **Fortuna, ſi fuerit**
  - In aſpectu fortunæ uel coniunctione
  - Obſeſſus à fortunis uel eorum radijs
  - Mali cadant ab eo
  - In bono aſpectu Lunæ uel aliorum
  - In aliqua ſuarū dignitatū eſſentialium
  - Separat9 à fortūa & iunctus fortunæ
  - In gradu lucido
  - Receptus
- **Fortis, ſi fuerit**
  - Aſcendens in circulo ſuæ augis
  - In ſuperiori parte eccentrici
  - In angulo uel ſuccedenti
  - In { ſigno / gradu / quarta } maſcu. excepta ♎
  - Prope Venerem
  - In dignitatibus fortunarum
  - Eleuatus ſuper infortunas

→ Omnia q̃ fortunāt, fortificāt.

- **Infortūa, ſi fuerit**
  - Coiunct9 infortunæ uel in ei9 aſpectu
  - Obſeſſus ab infortunis uel eorū radijs
  - In malo aſpectu Lunæ uel aliorum
  - In oppoſito ſuarum dignitatum, ſcilicet in caſu uel detrimento
  - Sepat9 à fortuna et iunctus infortunæ
  - In gradu tenebroſo
  - In gradu ☊ uel ☋
  - Non receptus
- **Debilis ſi fuerit**
  - Deſcendens in circulo augis
  - In inferiori parte eccentrici
  - In domo cadente
  - In { ſigno / gradu / quarta } fœmini.
  - In dignitatibus infortunarum
  - Infortuna eleuata ſuper eum
  - Coniunctus planetæ cadenti per aſpectum ſuorum dignitatum.
  - Coniunctus uel in aſpectu planetæ exiſtētis in oppoſito ſuarū dignitatū
  - Peregrinus.

→ Omnia q̃ infortunant, debilitant.

Luna dicit

- Fortuna, ſi fuerit
  - Coniuncta fortunæ uel in aſpectu.
  - Obſeſſa à fortunis uel eorum radijs.
  - Si mali cadant ab ea.
  - In bono aſpectu Solis uel aliorum.
  - In aliqua dignitatum ſuarum.
  - Separata ab infortuna & iuncta fortunæ.
  - In gradu lucido.
  - Recepta.
  - Vnita Soli.
- Fortis, ſi fuerit
  - Septentrionalis.
  - Aſcendens in eccentrico.
  - Aſcendens in epiciclo.
  - Nuper egreſſa de ſub radijs Solis.
  - In angulo uel ſuccedenti.
  - Occidentalis à Sole.
  - In
    - ſigno
    - gradu
    - quarta

    fœmini.
  - In
    - Nocte ſupra terram.
    - Die ſub terra.
  - Eleuata ſuper infortunas.
  - In dignitatibus fortunarum.
  - Velox curſu.
- Infortuna, ſi fuerit
  - Iuncta infortunæ uel in aſpectu eius.
  - Obſeſſa ab infortunis uel radijs eorum.
  - In malo aſpectu Solis uel aliorum.
  - In oppoſito ſuarum dignitatum.
  - Separata à fortunis & iuncta infortunis.
  - Iuncta ſtellis fixis naturaliter maleficis.
  - In gradu tenebroſo.
  - Non recepta.

Digitized by Google

Luna dicitur debilis, ſi fuerit

- Peregrina.
- Meridionalis.
- Deſcendens in
  - eccentrico.
  - epiciclo.
- Sub radijs & combuſta.
- In cadente.
- Orientalis à Sole.
- In ſigno / gradu / quarta — maſculi.
- In
  - nocte ſub terra.
  - die ſupra terram.
- Infortunæ elauantur ſuper eam.
- Si intrat terminos eclipſi, id eſt, ☊ uel ☋ infra 12 g.
- In uia combuſta, ut ſecunda medietas ♎, & prima ♏.
- In geminis.
- In dignitatibus infortunarum.
- In coniunctione planetæ cadente ab angulo.
- In coniũctiõe planetæ exiſtente in oppoſito ſuarum dignitatum.
- Tarda curſu.

¶ Viam combuſtam in Galaxia determinant autores noſtro ſeculo, in parte ſeptentrionali à 18 ♊ ad 2 ♋, & in medietate meridionali ab 8 ♐ in 13 eiuſdem, & iterum, quia ibidem bipartitus eſt à 24 ♐ ad 2 ♑

Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, Mercurius dicuntur Fortũæ, ſi fuerint

- Coniuncti fortunæ, uel in aſpectu fortunarum.
- Obſeſſi à fortunis, uel eorum radijs.
- Si mali cadant ab eis.
- Vniti ſoli, uel in eius bono aſpectu.
- In bono aſpectu Lunæ.
- In aliqua ſuarum dignitatum.
- In gradu lucido.
- Separati à fortunis & iuncti fortunis.
- Veloces curſu.
- Aucti lumine.
- Directi.
- Recepti.

Digitized by Google

Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, Mercuri9 dicuntur

- **Fortes, ſi fuerint**
  - Aſcendētes in
    - ſeptētrionē ſiue ſeptētrionales;
    - circulo augis.
  - In ſtatione ſecunda.
  - Exeuntes de ſub radijs Solis.
  - In angulo uel ſuccedenti.
  - Orientales à ſole, ſed ☿ & ♀ occidētales à ☉.
  - In { ſignis, gradib9, quartis } maſc. Sed ☿ & ♀ { ſignis, gradi. quart. } fœmi.
  - In { die ſupra terrā, nocte ſub terra } Sed ♂ ♀ & ☿ { die ſub ter. nocte ſupra }
  - Eleuati ſuper inferiores.
  - In dignitatibus fortunarum.
- **Infortūæ, ſi fuerint**
  - Coniuncti infortunis, uel in eorum aſpectib9
  - Obſeſſi à fortunis, uel radijs eorum.
  - Combuſti.
  - In malo aſpectu Solis uel Lunæ.
  - In oppoſito ſuarum dignitatum.
  - In domo cadente.
  - Separati ab infortuna & iuncti infortunæ.
  - Minuti lumine.
  - In terminis malorum uel domibus.
  - In gradibus tenebroſis.
  - Peregrini.
  - In ☊ uel ☋ infra 12 gradus.
  - Retrogradi.
- **Debiles, ſi fuerint**
  - Deſcendentes in meridiem uel meridionales.
  - In ſtatione prima.
  - Deſcendentes in circulo augis.
  - Occidentales à Sole, Sed ☿ & ♀ oriētales à ☉.
  - In { ſignis, gradib. quartis } fœm. Sed ☿ ♀ in maſculinis.
  - In gradibus tenebroſis.
  - In uia combuſta.
  - In { die ſub terra, nocte ſup. ter. } Sed ♂ ☿ & ♀ { die ſupra. nocte ſub. }
  - Coniuncti planetæ retrogrado.
  - Coniuncti planetæ
    - impedito.
    - cadenti.
  - Non recepti.
  - Si infortunæ eleuentur ſuper eos.

Digitized by Google

¶Notandum tamen, quòd D. Anthonius de montulmo hanc rem de fortitudinibus & debilitatibus planetarum numeris diſtinxit, ut exempli cauſſa: Domus prima uel decima obtinet 5. eo quòd fortes ſunt ſicut 5. id eſt, in eadem fortitudine, ſicut eſt planeta exiſtens in ſuo domicilio. Huius tabulam accipe ſequentem.

Fortitudines planetarum.

5 Domus prima uel decima.
4 Domus ſeptima uel quarta.
2 Domus nona.
3 Domus undecima uel quinta
1 Domus tertia.
5 Domicilium.
4 Exaltatio.
3 Triplicitas.
2 Terminus.
1 Facies.
5 Exiſtentia in Cazimi.
5 Coniunctio corpalis cũ fortũa
4 Applicatio cum fortuna ex △.
3 Applicatio cum fortuna ex ✱.
5 Receptio.
3 Gaudium ratione ſigni.
2 Gaudiũ ratione domꝰ figuræ.
1 Gradus lucidi.
1 Gradus augentes fortunam.
1 Gradus conformis in ſexu.
2 Orientalitas triũ ſuperiorum.
2 Occidentalitas inferiorum.
3 Hayz.
2 Conformitas quartæ.
5 Securitas.
4 Directio.
1 Velocitas curſus.
1 Augmentum luminis.
1 Augmentum numeri.
2 Aſcenſio in circulo augis.
2 Aſcenſio in ſeptentrionem.
5 Coniunctio corporalis cũ ſtella de natura fortunæ.
5 Exiſtentia inter duas fortunas.

Debilitates planetarum.

5 Domus duodecima.
4 Domus octaua.
3 Domus ſexta.
2 Domus ſecunda.
2 Dom. ſeptĩa à domo planetæ, id eſt detrimentum.
5 Dom. ſeptĩa ab exaltatiõe. i. caſꝰ.
6 Combuſtio planetæ à Sole.
4 Sub radijs extra combuſtionem.
5 Obſeſſio inter duas infortunas
3 Applicatio cum infortuna.
5 Coniunctio corpalis cũ infortũa
4 Applicatio cũ infortuna per ☍.
5 Applicatio corpalis cũ ſtella de natura infortũæ
5 Peregrinatio.
2 Euacuatio curſus.
3 Feralitas.
3 Gradus uacui uel fumoſi.
3 Gradꝰ tenebroſi, putei, Azemene
2 Occidentalitas trium ſuperiorũ.
2 Orientalitas inferiorum.
2 Contrarietas Hayz.
5 Retrogradatio.
1 Tarditas curſus.
1 Minutio luminis.
1 Minutio numeri.
2 Deſcenſio in circulo augis.
2 Deſcenſio in meridiem.
3 Coniunctio cum ☋
5 Coniunctio cum ☊
2 Via combuſta.
5 Eclipſis luminarum.
2 ☽ in ♊, uel in fine ſignorum, in terminis malorum.
4 Luminare infra terminos eclipſis
4 Luna uadens ad combuſtionem uel infra 12 gradus.

Digitized by Google

¶ Ioannes Hiſpaleñ. generaliora tantum ex illis obſeruat, quem communiter ſequuntur nouitij. Conſiderat primo, an planeta ſit combuſtus an non. Secundo, an ſit directus an non, ſeu uelox aut tardus. Tertio, an in aliqua ſuarum dignitatum fuerit, ut domo exaltat. triplicitate termino uel facie. Quarto, an ſit in malo aſpectu infortunarum, uel in bono aſpectu fortunarum, an non. Quinto & ultimo, quomodo ſit collocatus in figura cœli, an ſit in angulo uel ſuccedenti, uel cadenti.

Potentes igitur & fortes dicuntur planetæ, cum ſunt directi in domibus aut exaltationibus, in angulis uel ſuccedentibus, liberi à combuſtione, orientales, non impediti à malis, ſed potentia & fortitudo eorum augmentatur, ſi à fortunis aſpiciuntur, aut eis coniunguntur, & quãdo ſunt in Hayz ſuis, ſuperiores orientales, inferiores occidentales. Supreme damnati & infortunati dicuntur, cum ſunt retrogradi, combuſti, cadentes ab exaltatione, in cadente, à malis impediti ☌ □, aut ☍, in contrario Hayz, meridionales. Et quanto plura malorum teſtimonia, tanto infortunatiores, ſed partim in dignitatibus & fortitudinibus, partim uero in debilitatibus & depreſſionibus, indifferentes ſiue mediocres dicũtur.

Fortunia & infortunia cuſpidum domorum cœli, Item locorum planetarũ, & partium ſignificatorum docte definire. Canon XL.

CVſpides & initia domorum celi: Item planetæ & partes ſignificatorum, fortunantur per ☌, & omnes aſpectus bonorum planetarum, & per bonos aſpectus mediocrium Planetarum, cum eadẽ loca aſpiciunt uel ☌ illis fuerint ex medietate, uel intra medietates orbium eorum, ut ſi 14 ♉ eſſet cuſpis ſecundæ domus figuræ cœli, & ♃ in 23 ♉. Sic ♃ per ſuã præſentiã in ſecũda domo, ex medietate orbis ſui, qui eſt 9 graduum, fortunaret cuſpidem ſecundæ domus. Hoc idem etiam faceret in quolibet gradu intermedio. Sic pari uia aſpectus oſeruãdi, ut ſit 14 ♉, ut prius cuſpis ſecundæ domus, & ♃ in 23 gradu ♍, aſpiciens cuſpidem △, ex medietate orbis ſui, qm̃ ſic fortunaret cuſpidem ſecundæ, ſic etiã in quolibet gradu intermedio ſub medietate orbis ſui. Iſto modo intellige etiam infortunationes & damnationes prædictorũ locorum. Nam mali planetæ per ☌ ☍ & □, & mediocres planetæ per eorum ☍ & □, infortunant loca planetarum bonorum, & cuſpides domorum, ac partes ſignificatorum ex medietate, & intra medietates orbium eorũ. ☊ cum ſua præſentia, fortunat & augmentat, quemlibet locum in quo eſt. Quare bonum cum bonis, & malum cum malis, ſicut ☿. ☋ infortunat & minuit, quare bona cum malis, & cum bonis mala.

Digitized by Google

Dominos, dominatores uel gubernatores & duces thematum inuenire. Canon XLI.

DOminus ſigni is eſt, qui in eodem ſigno domicilium habet, ut ſigni ♈. Mars Tauri ♀ &c. Sic ſi aſcenderet ſignum ♈, Mars dominus aſcendentis erit. Si ſecundam domum ſignum ♉ occuparet, Venus domina ſecundæ domus eſſet. Sic de alijs iudicandum erit. Dominator, ſignificator ſiue gubernator, Arabico Almuten dictus, ille cenſetur, qui in ſigno ac ſigni gradu, plures habuerit auctoritates eſſentiales, ut ſi 6 gra. ♎ in figura diurna aſcenderet, Venus ibidem haberet dignitates eſſentiales .5. ratione domicilij ſui. ♄ uero 9. ratione exaltationis triplicitatis & termini. Cæteros omnes uincens. Sic ♄ almuten ſiue dominator aſcendentis cenſeretur. Iſto etiam modo in alijs operandum erit. Dux autẽ thematis eſt, ꝙ in toto themate potiores & plures obtinet auctoritates cum eſſentiales tum accidentales. Sunt autem auctoritates eſſentiales. Domus exaltat, triplicitas. Terminus & facies. Accidentales autẽ ut in M. C. 12. in aſcendente 11. iuxta canonem ſextum huius. Dux igitur is eſt, qui plures ex ijs obtinet auctoritates ac fortitudines. Sol tamen ſecundũ aliquos & ☽ in duces & dominatores particularium rerum non eliguntur, cum domini totius ſint. Quomodo autem dominatores ſiue Almuten natiuitatis, Item gubernatores anni uel quartarum anni, etiam eclipſium, Item coniunctionum, oppoſitionum & quadraturarum extrahi oportet, ſuis aperietur locis.

Quam Zodiaci manſionem Luna peragret, patefacere. Canon XLII.

QVantam uetuſtiſs. huius artis ſcriptores ſtellis fixis uim tribuerint, uel ex hoc apparet, quòd totũ Zodiaci circulum in 28. manſiones diuiſerunt, nominaꝗ, naturas, ac proprietates eiſdem ab ipſis ſtellis indiderunt. Cum itaꝗ Luna ob propinquitatem, quã ad iſta inferiora habet, præ cæteris obſeruanda ſit, in qua manſionum collocanda ſit, facillime perſpicietur, dum enim cuiuſuis manſionis principium circa titulum, nomenue ſuum, finis uero per ſequentis manſionis initiũ expreſſum eſt. Verus Lunæ locus per antepoſitos canones compertus, totum quæſitum unico, inſequentem tabulam, intuitu aperiet.

Tabula

Tabula XXVIII. manſionum Lunæ, uerificata ad annum Chriſti M. D. XVIII. completum.

Numerus.	Nomina latina à ſtellis fixis.	Initia earundem. S.	g.	m.	Natura.	
1	Cornua Arietis.	♈	19	56	Sicca.	Infortunata
2	Venter & cauda Arietis.	♉	2	47	Temperata.	Fortunata
3	Pleiades.	♉	15	38	Humidiſſima.	Fortunata
4	Oculus Tauri.	♉	28	30	Humida tēpeſt.	Infortunata
5	Cornua Tauri.	♊	11	21	Sicca & calida.	Infortunata
6	Pedes Geminorum.	♊	24	13	Temperata.	Fortunata
7	Capita Geminorum.	♋	7	4	Humida.	Infortunata
8	Præſepe & Aſelli.	♋	19	56	Temperata.	Fortunata
9	Caput Leonis.	♌	2	47	Sicca.	Fortunata
10	Cor Leonis.	♌	15	38	Humida.	Fortunata
11	Dorſum Leonis.	♌	28	30	Tēpe. uerſ9 frig.	Infortunata
12	Cauda Leon. & caput ♍.	♍	11	21	Sicca.	Fortunata
13	Cingulus Virginis.	♍	24	13	Temperata.	Fortunata
14	Spica uel Vindemiator.	♎	7	4	Humida multū	Fortunata
15	Pedes Virginis.	♎	19	56	Sicca.	Infortunata
16	Lances Libræ.	♏	2	47	Frigida & hu.	Infortunata
17	Frons Scorpij.	♏	15	38	Humidiſſima.	Infortunata
18	Cor Scorpij.	♏	28	30	Sicca.	Fortunata
19	Cauda Scorpij.	♐	11	21	Humida.	Infortunata
20	Arcus & manus Sagitarij.	♐	24	13	Tēpa. ad calid.	Fortunata
21	Poſterior pars Sagitarij.	♑	7	4	Temperata.	Fortunata
22	Caput Capricorni.	♑	19	56	Temperata.	Fortunata
23	Venter & cauda capricorni.	♒	2	47	Humida.	Fortunata
24	Corpus aquarij.	♒	15	38	Tēp. uerſ9 frig.	Fortunata
25	Aqua & amphora Aquarij.	♒	28	30	Humida.	Infortunata
26	Prior Piſcis.	♓	11	21	Temperata.	Fortunata
27	Cauda prioris Piſcis.	♓	24	13	Sicca.	Infortunata
28	Medietas ligamenti Piſcis.	♈	7	4	Sicca.	Infortunata

TERTIA PARS
DE ELECTIONIBVS
COMMVNIBVS.

Quæ in omni electione generatim conſideranda ſint præponere. Canon I.

IN electionibus uniuerſalibus rei ꝓpoſitæ, qualitas ante omnia pernoſcenda eſt. Deinde uero Luna ab impedimentis ſupra memoratis libera, in ſigno Zodiaci rei propoſitæ conuenienti, & in aſpectu planetæ à natura rem illam ſignificantis: planeta quoq;, qui rei propoſitæ dominatur, cæteros in cœli figura planetas antecellere fortitudine ſua cũ primis debet. Domus etiã, quæ naturam & ſignificationem eiuſdem rei tenet, dominusq; eius, à maleficis, & earum radijs prorſus ſint immunes, optimũq; ſi benefice affulſerint. Præterea in cuiuſq; operis inceptione, Halij aſcendens & eius dominum, Lunam quoq; & dominum domus eius ſub bonis habitudinibus, & ſitu conſtituere iubet, meliorq; fiet electio, ſi Luna & aſcendẽtis dominus, aſcendẽs ipſum fœlici radiatione illuſtrauerint. Lunam tamen inquit proprio corpore aſcendentis angulum in omni electione abhorrere. Manſio inſuper Lunæ fortunata non parum in ea re commodi afferre ſolet. Quæ autẽ ſub quouis ſigno & planetarum cum Luna aſpectu agere conueniat: Quæ uel cuiq; planetæ ſignificatio ſit ex tabulis circa canonẽ ſecundũ & tertium, ſecundæ partis huius, & ea quæ ſtatim ſequitur ſanè diſci poterit. Id poſtremò obſeruari uolumus, ut in re cuius finis accelerandus ſit, mobilia ſigna: In his autẽ quæ firma & ſtabilia eſſe deſiderantur, fixa ſigna potius eligantur. At communia inter hæc mediocria cenſeantur. In particularibus autem electionibus, parum iſta omnia conferent, ſi geniturae ſiue natalis figuræ nulla ratio habita fuerit: ex quo illud emergit, ut nonnunquam maleficis in electionibus utendum ſit aſtrologo, perinde ut uenenis medicus ad curationem nonnunquam utitur, quanquam moderate, quod totum Ptolemæus in centiloquio ſuo, uerbis octauo & decimo ſatis admonuit.

Quid ſub quolibet aſpectu Lunæ ad planetas eligendum, fugiendumúe ſit, enarrare. Canon II.

Dies

	☌	✶	□	△	☍
♄	Dies infortũata, iter ne faci. pricipib. et ſenib9 ne loq̃ris, uillic. & agricultor. fugias.	Senib. et agricol. te iũgito, ædifica terrã cole, arbores & uineas plantato, ab amore mulierũ fugi.	Dies metuẽda à colloq̃o ſenũ & principũ abſtineas, itinera & medicamĩa fugito, deſiderium differ.	Senib. & agricolis cõgredere, ruinoſa erige, inueterata reſtaura, uineas & hortos cole.	Seruos ne conducas, lucra,& cenſus ne exigas, & nihil p̃rius, ſi ſapis incipias.
♃	Dies fortunata, nobiles, p̃latos, iudices accedas, conſilia & ius expetas.	Iuriſperitis & perſonis eccleſiaſticis te iungito, leges atq; decreta legito,	Studio philoſophiæ incumbas, iudicia atque conſilia tractare poteris.	Omne op9 honeſtũ incipias, regib. & pricipib. p̃latis atq; iudicib9 te obuium facias.	Iť carpe uiator quadruuio operã des, iudicib9 & perſonis eccleſiaſticis occurras.
♂	Dies infortunata, iter ne arripias, milites & uiros ſtrenuos uitabis.	Arma et eq̃s p̃ bello emas, ire exercitũ in bellũ iubeas, pro alchimia ignes accende.	Dies timoris, contentiones fugias, pacem uel fœdus firmum ne facias.	Cũcta p̃ bello neceſſaria diſponas, aĩalia et alias beſtias eme, expictiã in alchimia faci.	Iť ne facias, fuge conſortia, amicitias et mulierũ amores, ſeruos q̃q; minime cõducas.
☉	Prorſus nihil incipias, niſi ea, quæ ſecreta atq; occulta fore deſideras.	Regũ et pricip. ſecularĩũ negocia cõmode tractes, dignitates atq; officia ex regib. uel principibus facile obtinebis.	Caue ab principibus & magnatibus, quia dies uitandus in omnibus.	Munera principib. & ſupiorib9 offeras, qd qd ab ipſis petieris facile impetrabis, fœd9 int̃ pricipes facere optimũ ẽ.	Iudicium ne ſubeas, à potentibus & diuitibus te retrahas, & in omni opere hunc diem uites.
♀	Dies uoluptatibus & deliciĵs aperta, ueſtes indue uel incide, mulierum amoribus te aſſocia, & quicquid amas pete.	Dies amorib. apta, & multis proſpera, coniugia facias, ſingula ornamenta perquiras.	Seruos et operarios cõducas, ludis & cantilenis opã des, ueſtes induas nouas uel incidas, uxorem ſi placet ducas	Capillos ornes amorem mulierum petas, filiĵs procreandis ſtudeas, ueſtes nouas indue, ſi Luna non fuerit in Leone.	Seruos & ancil. cõducere optimũ, iť facere conuenit, ſic & matrimoniũ cõtrahere & cũctis uoluptat. atq; deliciĵs opã dare licebit
☿	Scripta & calculum incipe, mercaturã exerce, nuncios uel tabellarios mittas.	Lr̃is opã des, rõnes de mercat. uel officio facias adoleſcẽtes p̃ceptori cõmit. cãcellar. et ingenioſis hoĩbus te aſſocia.	Legatos, oratores, reliq̃s etiã tabellarios mittere bonũ eſt, iter facias, emere & uendere ſingulariter ualet.	Carmina componas, q̃ ſunt ſubtilia excogita, in quadruuio te exerceas, filios diſciplinis trade.	Scribis et cãcellarĵs te iũgito, nũcios mittas, iť facias, eme, uẽde, et te ĩ humanis & mathematicis literis exerceas.

Digitized by Google

Tempa flebothomiæ, uẽtoſisq́ apta eligere. Can. III.

PRo huius utilitatis uſu, primũ neceſſe eſt, ut aſpectus, ſigna idonea, ipſa hominis complexio, ætasq́ conſiderentur. Nã Luna ab impedimẽtis, quorũ ſupra mentionẽ fecimus libera, Ioui Veneri, Mercurioq́ coniũcta, aut ſextili, trino, quarto, oppoſitione radio cõfigurata in ſigno idoneo optimũ dicimus, pro ſanguinis emiſſione. Signa autẽ ſanguineis congrua ſunt ea, q̃bus terreſtris natura eſt, ut ♉. ♍. & ♑. Flegmaticis uero ignea, ut ♈ & ♐. exceptis partibus uiæ cõbuſtæ, quæ tranſit per 8. uſq́ 13 gradũ ♐ ut ſupra. Colericis ea, quibus aquea natura eſt, ut ♋ & ♓. Melancholicis ſigna aeria, ut ♎ & ♒. Gemini autẽ Leo & Scorpius, ſigna non idonea ab aſtrologis reputantur. Quod uero hactenus de flebothomia relatum eſt, & ad uentoſas pari modo referendum. Nam nihil inter hæc diſcriminis facimus, niſi q̃ uentoſæ poſt oppoſitionẽ, flebothomia uero ante eã rectius, cõmodiusq́ locũ habet. Præterea & hora ipſa obſeruanda eſt diligentiſſime, ita, q̃ aſcendens ſit ex ſignis idoneis, dominusq́ aſcendentis & Luna nõ ſint in quarta, aut in octaua, neq́ ullum cũ domino octauæ domus aſpectũ habeant. Sint & maleficæ ab angulis remotæ. Septima aũt præcipue & eius dominus nõ impediãtur, alioquin in flebothomatorẽ facile cadet error. Super omnia uero cauendũ, ne in eo membro flebothomia fiat, cum Luna id ſignum tenuerit, q̃d membro illi dominatur, ex Ptolomæi ſentẽtia in uerbo 20. centiloquij ſui. Addunt alij ea quoq́ membra flebothomo tangenda nõ eſſe, quæ uel à ſigno aſcendẽte, uel domini aſcendẽtis ſigno reſpiciũtur. Addo ad hæc, q̃ obſeruatione dignũ eſt, Lunã quatuor habere quadras, quarũ prima à cõiunctione in quartã primã, iuuenili ætati ſanguinis miſſioni prodeſt. Secunda iuuenili & uirili. Tertia uirili & ſenili: Vltima ſenili tantũ idonea. Illis deinde omnibus locus eſt, cũ neceſſitas aliud nõ poſtulat, ſæpe enim pro morborũ aut corporũ qualitate, nihil horũ animaduertere debet medicus. Poterit tamẽ ſapiens medicus, ſi dies ipſa apta nõ fuerit, horam ſaltem conuenientem ex iam dictis eligere. Si autem tibi nota fuerit natiuitas, ante omnia caueas, ne aſcendẽs inimicũ radici natiuitatis accipias, ſicut illud, q̃ fuit in duodecima, octaua, uel ſexta, aut in quo fuerunt infortunæ, aut radij inimicitiæ earum.

Tempora pro pharmaco ſumendo ſalutaria eligere. Canon IIII.

CVm reliquorum cœleſtiũ natura, influxusq́ pernoſcendus ſit, tũ Lunæ maxime, in corpa noſtra, uis atq́ poteſtas, ſtudioſo medico perqui-

Digitized by Google

perquirenda erit, ut ſalutis gratia medicina exhibita, cũ ſtellarũ ad ſe habitudinẽ, natura'q; cõueniat; iſq; qui corporum cœleſtiũ eſt influxus, cũ rerũ terra, mari'q; naſcentiũ, uirtuti & actioni conſentiat. In ſignifero igit tria ſigna ſunt humentia, à qbus humidæ triplicitatis appellatio orta eſt, ea ſunt, ♋. ♏. ♓ Quia uero, ſimilia ſimilibus addita, uires augent, contraria uero minuũt. Humida ſigna plurimũ adiumenti purgandis corporibus cõferre uidentur, ſi Luna corporũ huiuſmodi domina, his in ſignis collocatur, qđ quidẽ ſolertem medicũ (niſi maiora pericula cogãt) obſeruare diligentiſſime oportet, ut Lunæ ſigni'q; addito auxilio maiores uires pro educendis humoribus, & melãcholicis præſertim minime incõmoda, ea ſunt aeria illa ſcilicet. ♊. ♎. & ♒. Inter omnia tamen hactenus enumerata. ♋ & ♊. minus ualent, quod quidem ex eo prouenit quòd Luna nõ tantum ob congruam ſigni qualitatem magis magiſq; ſordes aluium citat, ſed etiam quòd agitatum, impulſum'q; eſt, ad loca inferiora, præſidẽtis ſigni beneficio eiectat. Et qa Leo cœleſtis ſtomachũ tenet, ipſe præ cæteris ea in re eſt execrabilis. Addo quòd ſi uarij humores è corpore humano ſoluendi ſint, cholericos humores, facilius ſubducemus, quum Luna ex aqueo aliquo ſigno cũ Veneris placido aſpectu effulſerit. Flegma uero opportunius, ſi cum Sole eo modo locata fuerit. Sed melancholicos rectius ſi in aerio (exceptis ♊. cum Ioue Luna ipſa, citra tamen coniunctionem, conſtituta fuerit. Poſtremò nocentes ſordes aluo ſecurius ſubducuntur per enemata, dum Luna ab impedimẽtis ante enumeratis libera, Scorpionẽ, Libramue peragrarit. Præterea haud parum contulerit, ſi horam ſumendi pharmaci idoneum ſignum aſcendens poſſederit, dominuſq; eius cum planeta ſub terra poſito benigna radiatione copulabitur. Quandoquidem ſigna ruminantia membra'q; ſuperiora reſpicientia, dominus quoq; aſcendentis in aſpectu planetæ ſupra terram exiſtentis, nauſeam quandam, uel ſubuerſionem, aut uomitum prouocabit, quod propoſitũ euacuandi conſiliũ nõnihil impediet.

Pro balneis conuenientia tempora ſcrutari. Can. v.

INtroitus balnei his maxime diebus ualet, quibus minutio ſanguinis ſalutaris eſt, plurimũ tamen refert ornamenti & mundiciæ, an ſanitatis gratia recuperandæ id fiat. Quòd ſi mundiciæ cauſa balneum quis ingredi uoluerit, Luna, Libram, aut Piſces occupante, & Veneri fauſto radio applicante, id faciat. Si uero ſanitatis recuperandæ gratia obſeruandum eſt, an exſiccationem uel humectationem ſua infirmitas poſtulauerit. Nam ſi exſiccationem deſiderat, ut in paraliticis, Lunæ locum in ſignis igneis & aſpectibus Martis & Solis fœlicibus maxime eligat. Si autem humectatio quæritur, ut in pthiſicis fieri ſolet, tunc Luna in aqueis ſignis & fortunatis configurationibus Veneris Iouiſq; quæſitum potiſſimum præſtabit.

Ad

Digitized by Google

Ad tondendos capillos idoneum tempus obſeruare. Canon VI.

QVanquam in hac materia authores cum recentiores, tum ueteſti nonnihil diſſentiunt, libuit tamen ea, quæ rationibus probabilibus, magis accedūt, hoc in loco paucis afferre. Illis igitur, quæ in omni electione obſeruanda eſſe præcipimus, præmiſſis adijcimus, & ſi capillos citó & pro decore renaſci uoluerimus, id creſcente Luna in ſigno piloſo, præcipue uero Tauro, Virgine & Libra, Luna conſtituta, & in aſpectu Veneris & Iouis placido, rite agemus. Deteſtamurq́ꝫ aſpectus & fortitudines maleficarum, ſignumq́ꝫ Arietis ſi in capite tondendum eſt, & Lunam decreſcentem in primis damnamus. Nam ea decreſcente capilli tonſi caluos faciunt, authore Varrone. Si uero capillos non renaſci aut ſaltem tardius creſcere uoluerimus, ſit Luna decreſcens in Cancro, Scorpione, Piſcibus & cauda Capricorni, in aſpectu Mercurij & Solis bono, hæc enim ſigna à pilis aliena ſunt. Quòd ſi forte alia quædam ad cædenda, uel carpenda, uel tondenda ſunt, ut à putrefactione conſeruentur, quemadmodum ligna in ſyluis cædere. Verres iuuencos, arietes, hœdos caſtrare, ſues mactare &c. id totum, ut Plinius ait, innocentius decreſcente Luna, quàm creſcente fiet.

Tempus ad reſectionem unguium aptum edocere. Canon VII.

IN abſciſione unguium ſecluſis impedimentis ſupra annotatis, ſit Luna aucta lumine & motu, & in aliqua domorum Veneris, uel Ariete, Leone, Venerem aſpiciens, uel Solem radio amicabili. Gemini autem & Piſces præ cæteris ſignis, tum pro Lunæ loco, tum pro aſcendente reijcimus. In hora etiam ipſa Luna ſit in aliqua ſuccedente. Maleficæ uero ab angulis remotæ ſint, non inficientes aſcendens neq́ꝫ dominum eius. Id autem obſeruari conuenit, quòd nonnulli ex improuida unguium ſectione, ungues difformes fieri, aut apoſtemata circa eos enaſci affirmant.

Diuerſa corporis membra, uirtutes, & operationes, ſub fœlici conſtellatione, medicaminibus appropriatis confortare. Canon VIII.

Membrū

Digitized by Google

MEmbrum ægrum ſaluberrime confortatur, dum ſignum idem membrum ægrum reſpiciens à maleficis & radijs eorum infortunatis immune fuerit, & Luna ab impedimentis ſuis libera in bono aſpectu, uel coniunctione beneficarum, illud ſignum tenuerit. Habet & hæc res magnam ad confortandum uim, ſi planeta eius membri, & aſcendens horæ, in diſpoſitione laudabili, conſtituentur. Virtutes quoq; bonam recipiunt confortationem, dum ſignificatores eorũ fœliciter ex cœleſti figura defluxerint, Signa'q; membrorum, in quibus uirtutum ipſarum eſt ſedes, ab omni infortuniorum genere libera fuerint. Inter uirtutes autem principales, authore Ptolemæo, uitalis Soli, naturalis Ioui cũ Luna, animalis cum partibus ſuis & maxime appræhenſiua Mercurio debet. Præterea illæ, quæ minus principales, partim miniſtrantes, partim miniſtratæ à medicis appellari ſolent, nõ æque uni, ſed diuerſis ſubſunt ſignificatoribus. Attractiua enim & iraſcibilis Marti, igneis'q; ſignis. Retentiua Saturno cum terreis ſignis. Digeſtiua Ioui cum aereis. Expulſiua Lunæ cũ aquaticis ſubditæ ſunt. At generatiua & concupiſcibilis Veneri, & luxurioſis ſignis, & multam prolem ſignificantibus. Vegetatiua Lunæ & humidis ſignis attribuuntur. Virtutibus itaq; eo modo bene cõfortatis, operationes demũ bonas atq; incolumes procedere rationabiliter coniectari licet.

Plantandi & ſeminandi tempora explorare. Canon IX.

TAmetſi Lunam ueteres agriculturæ ſcriptores pro tempore, ad ſeminandum & plantandum, idoneo, maxime obſeruare conſueuerunt. Eſt tamen ex eorundem ſententia, non minus terræ colendæ ſeminum'q; & ſurcolorum inſerendorum, ac uniuerſalium temporum naturæ & qualitatis habenda ratio. Nam ſi in terram humidam, aut ſemen humidum, ſeminare aut plantare uolueris, id teſte Plinio, ſub interlunio, deſcreſcente Luna commodius facies. Si uero in terram aridam, aut ſemen aridum ſerere animus eſt, Luna creſcens, dum prope plenilunium eſt, obſeruabitur. Per hæc autem omnia, frigida Saturni quo ſeſe ſtella receptet, diligenter proſpiciendum eſt. Ipſa enim naturalem ſuper agriculturã dominatum ſibi uſurpat, ob eam'q; rem in bona parte cœli fauſta'q; configuratione ad Lunam, & beneficas, ſtella illa Saturni aptanda eſt. Præ cæteris autem Luna ipſa, citra impedimenta, ſua ſigna huic rei accommoda peruagetur. Sunt autem ea, ad plantandum Taurus et Aquarius: ad ſeminandum, Taurus, Cancer, Virgo, Libra & Capricornus. Poſtremò dignum eſt obſeruatione, rem illam totam fœlicius perfici, ſi aliquod ex præfatis ſignis aſcenderit, & Mars nullo prorſus aſpectu aſcendens, uel Lunam irradiauerit, & in debili figuræ loco, debilem ſitum tenuerit.

Digitized by Google

Tempus ad ablactandum infantes idoneum perquirere, Canon x.

IN iſta electione plurimum refert, utrum quis infantem ſuum delicatum, utrum carnium, uel leguminum, radicum, fructuumue è terra naſcentium comeſtorem eſſe deſideret. Plerunq; enim pro natura ſigni Lunæ, & aſcendentis, & planetarum habentium participationem cum illis, ablactati infantis appetitus inclinabitur. Ideoq; ſi delicatos infantes fore uoluerimus (omnibus præmemoratis impedimentis procul remotis) ſignum aſcendentis & Lunæ humanum, aut Veneris domum conſtituamus beneuolo Veneris aſpectu accedente. Si carnium auidos, Leonem Martemq;. Si Piſcium, Cancrum, Piſcesq;, & Capricorni caudam. Si leguminum, radicum, fructuum, ac ſimilium, è terra naſcentium, terrea ſigna, præcipue autem Capricornum & fœlicem Saturni affulſionem eligamus, neq; in hoc Arietem reijcimus. Ad hæc in uniuerſum commendatur, Luna à Sole remota & feralis. ita enim lactantis nutricis facilius infans obliuiſcetur.

Coniugia facere, & proli operam dare. Canon xi.

QVanquam hæc res non niſi ex coniugalium perſonarum genituris proprie depræhendi poſſit, generaliter tamen, pro fœlici deſponſatione mariti, Luna Venusq; aptandæ ſunt, pro fœmellæ connubio, Sol cum Marte pro utriſq; ſimul cum primis ualebunt Sol & Mars, in opportunis figuræ locis cum Luna & Venere amicabiliter. Iouis quoq; fauorabilis aſpectus, ad prædictos ſignificatores non parum in ea re fœlicitatis tribuit. Præterea ſigna ſeptimæ domus, quæ coniugij eſt, deinde & aſcendentis & Lunæ ſigna, ſalua & immunia eſſe debent, & rei inſtitutæ naturali affectione annuere. Signa ea ſunt, Taurus, Libra, Sagittarius, Aquarius, Piſces, & Virgo pro uiduis. In uniuerſum uero pro aſſequenda prole, aſcendens & Luna ſint ex ſignis multorum filiorum, & in benignis aſpectibus, Iouis, Venerisq;. Melius autem, ſi cum hoc Luna fuerit in quinta, decima uel undecima, altera benefica in aſcendente, altera uero cum Luna, uel in aſpectu eius beneuolo exiſtente, ſitq; ante omnia quinta bene diſpoſita, Mercurius etiam ſua placida affulſione procreandæ proli non eſt contrarius.

Digitized by Google

Tempus idoneum ad tradendum præceptoribus pueros, elicere. Canon XII.

CVm pueros præceptoribus ſtudiorum gratia commendare uolumus, idipſum eo potiſſimum tempore faciemus, quo Luna aucta lumine, & in ſigno humano cum Mercurio conſtituitur, aut ad eundem fortunato aſpectu reſpiciẽs Mercurio forti & ab omnib9 impedimentis ſecluſo, inq; bono figuræ loco conſtituto, humano ſigno horoſcopum tenente dominoq; eiuſdem medium cœli poſſidentem, aut ipſum cœli medium conuenientiã habeat cum domino aſcendẽtis. Nec uero minus confert, ſi Mercurius cum domino aſcendentis in aliqua fortunata radiatione fuerit. Nec negligenda eſt domus nona propterea, ꝙ ea unà cum decima, quæ magiſteriorum dicitur, & ſtudiorum domus ſapientiæ exiſtit Qui uero aſpectus & quæ ſigna, pro ſpe doctrinæ atq; eruditionis obſeruari conueniat, ex tabula canonis ſecundæ partis primi, ac ſecundi ſecundæ partis liquido intelliges.

Quando commodius ſerui conduci, aut emi beſtiæ poſſint, dinoſcere. Canon XIII.

QVi ſeruos conducturus eſt, id faciat cum Luna & aſcẽdens in ſigno fixo domeſtico uel humano, directæ aſcenſionis exiſtant, unico Scorpione dempto, nec toto quidem, ſed poſtrema medietate tantũ. Ad hæc duodecima domus quæ ut Ptolemæus ſcribit, eſt ſeruorum, unà cum eius domino obſeruanda eſt. Et bonum admodum eſt, ut dominus duodecimæ cum domino aſcendentis, aut cum Luna coniunctus ſit, ant bonis eorum radijs irradiatus. Quòd ſi Luna in humano ſigno aſcenderit adiecta aliqua fortuna, mala non eſt, omni autem modo cauendum, ne Luna uel aſcendens iſtorum aliquod ſignorum, ſcilicet Aries, Leo, Scorpio, Capricornus, & Piſces poſſederit. Pro iumentis uero emendis prouidendũ eſt, ut Luna eo tempore fortunis directis & orientalibus exiſtentibus, & in latitudine aſcendentibus applicet. Præterea aut manſuefacta & domita eſt beſtia, aut fera & effrenis; Si manſuefacta, commodũ erit Lunã eſſe in ſigno fixo, domeſtico uel humano, & aſcendens in ſigno cõmui, ſexui conueniente, ſexu ſemper ad ſignum relato, ut ſi maſculus fuerit, ſignũ maſculinũ ſit; ſi fœmina, ſignũ ipſum ſit fœmininũ. Leo & Scorpio, ut nõ idonea ſigna, excipiũtur. Si uero effrenis ſit beſtia, cõuenit ut ſignũ aſcendẽs mobile ſit, et Luna in ſignis mobilibus exiſtat, fœlicibusq; radijs illuſtretur. Sexta uero domus, quæ be

ſtiarum eſt,cum eius domino non eſt prætereunda,ita ut ab infortunis libera ſit.Nec illud quidem ſilentio præteriri debet. Valde conuenire in beſtijs emendis,ſi eiuſdem proprietatis, aut effigiei ſignum Luna aſcendens ſexta,aut eius dominus fœliciter tenuerint.

Quod tempus pro parandis & induendis ueſtibus aptum ſit inueſtigare. Canon XIIII.

HOra emendarum & incidendarum ueſtium, Luna aucta lumine, & ſecũda domus eiusq; dominus in ſigno cõmuni aut mobili obſeruẽtur,fœlicibus radijs illuſtrat, Sole in medio cœli exiſtẽte. Pro ipſis uero induẽdis Luna & aſcẽdẽs in ſignis mobilibus, cũ fortunis aut earũ radijs. Cauendũ eſt aũt à ſignis fixis,præter omnibus à Leone,ut 22 Ptolemæi uerbum admonet,niſi ubi paludamentum,aut arma pro bello induere uelimus,maxime cum Luna cum Marte in beneuola radiatione fuerit. Fixa uero tametſi prohibeantur,tamẽ Taurus nõ usq; adeo timendus eſt,ea gratia,quòd domus Veneris eſt,& Lunæ exaltatio.

Poſſeſſiones hæreditarias, & dignitatum inueſtituras, aut officia ſubire, aut de una domo in aliam opportuno ſe tempore transferre. Canon XV.

TEmpus ad hæreditarias poſſeſſiones obtinendas,illud eſt, in quo quarta domus & eius dominus ſint ſalui, & fortunatorum radijs illuſtrati.Luna non nõ impedita in domo uel exaltatione eius, aut in medio cœli conſtituta,aſpiciendo dominum aſcendentis aſpectu beneuolo. Præterea quarta domus ſignis fixis firmata & angulorum domini Orientales eſſe debent. In uniuerſum autem proſpiciendum eſt, ut fortunæ in angulis quarta præſertim & aſcendente, dignitates habeant, luminaribus eadem loca beneuolo radio aſpicientibus. Ad hæc hæc uerbum Ptolemæi 84 diligenter conſideretur,ubi dicit: Mars cum eſt dominus aſcendentis tempore captæ poſſeſſionis, præeſtq; ſecundo loco,aut copulatur domino ſecundi multum damni afferet. Pro inueſtitura autem dignitatum & officiorum ſubeundorum,loca luminarium ne ſint impedita à malis radiationibus, diligenter obſeruanda ſnnt, fortunis directis in aſcendente uel medio cœli exiſtentibus. Optimum autẽ ut Iupiter in aſcendente,& in medio cœli Sol exiſtat. Quòd ſi contingeret, ut infortunæ fortiores eſſent fortunis, tunc cum infortunis eo modo agendũ erit,quemadmodũ de fortunis dictum eſt, tamen cũ moderamine

Digitized by Google

ramine,& nihil oberũt. Sed afflictio undecimi (ut Ptolemæus refert 39 uerbo) in introniſatiõe regis uel principis detrimẽtũ ſignificat,& domeſticorũ eius & pecuniarũ. Secũdi aũt loci afflictio ouilis eius detrimentũ ſignificat. Nulla uero militaris dignitas obeũda eſt niſi Marte fœliciter cũ prioribus ſignificatoribus,radiante,& in bono loco figuræ cõſtituto Sciendum autem , dignitatis ſucceſſum talem eſſe, qualis fortitudo aut debilitas ſignificatorum in natiuitate ſuſcipientis dignitatem. De una uero domo in aliam ſi migrare quis uolet,is curabit,ut aſcendens ſeptima & Luna creſcente lumine ſint mũda,& quòd Luna fortunis applicet ita ut fortuna uel in aſcendente ſit, uel in quarta. Multum autem proderit,ſi domus ſecunda cum eius domino ſalua fuerit, domino tamen ſupra terram. Luna uero aut in tertia , quinta,aut undecima exiſtente,in ſigno aliquo fixo,mobili,aut communi,pro ut longius quis aut tardius manere eo in loco uoluerit. Eſt & quarta domus diligenter obſeruanda. Nam ſi ab infortunis ſalua erit , & idoneis ſignis in ea conſtitutis,optimum erit. Inter omnia autem ſigna Scorpius cauendus eſt.

Struendis ædificijs fundamenta iacere. Canon XVI.

QVocunq; loco quis ædificaturus eſt,ſignum & dominum eius loci,regiõis aut ciuitatis obſeruabit,nec curabit an fortunæ ſint nec ne. In operis igitur initio,planetam eius loci dominum applicabis ad Iouem, ut ſi fieri poteſt,ei coniungatur, aut fœlicibus radijs illuſtretur. Eodem domino ad medium cœli locato . Lunam uero optimã ſortietur,ſi lumine creſcens cum Ioue aut Venere coniuncta,aut ab illis uel radijs eorum beneficis circumdata,à Saturno ſe ſeparando. Quòd ſi quiſpiam Iouis domum ad aſcendens aptare poterit,ita ut à Marte incolume ſit Marte cadente , & à Luna remoto optimum erit. Præterea cõuenit ut dominus termini aſcendentis ſit fortuna, motu creſcens,& dominus aſcendentis in exaltatione ſua. Solem autem in ſigno eſſe directæ aſcenſionis prodeſt . Sed & pars fortunæ,& dominus eius in ſignis fortunarum exiſtant,Lunam ipſam fœlici redio aſpicientes , haud quaquam uero inconueniens erit,Lunam & aſcendens in ſignis terreis conſtitui,ut ſunt Taurus aut Virgo. Nec prætereunda quarta domus eſt cũ eius domino,quas pro tua uirili fortunabis. Adde,quæ Ptolemæus 36 uerbo ſui centiloquij in hac re obſeruauit in condendis ſcilicet urbibus, ſtellis fixis,quæ conferre habeant. In ædificandis uero domibus,erraticis utendum eſt. Reges etiam ac quarumcunq; nrbium principes,quæ urbes Martem culminantem habuerint,gladio plerunq; perire,& uerbo 54 dominatores in ædificationibus,ubi copulantur ſtellæ ſubterraneæ ædificij erectionem impedire.

Emere & uendere, uel mutuo dare, & accipere, quando optimum ſit, depræhendere. Canon XVII.

CVi emendi, uendendi, aut mutuo dandi, aut accipiendi, animus eſt, ne id quidem ſine cœleſtium corporum ad inuicem habitudine facile inſtituet. Emptoris itaq; & debitoris ſignificatores ſunt aſcendens, eius dominus & planeta, cui applicat Luna. Venditoris & illius qui dat accommodato, domus ſeptima eius dominus, & planeta à quo Luna ſeparatur, ſignificatores erunt. Quantum ad precium attinet, iuſtum ne ſit an magnum nimis, ex decima et eius domino, tum & loco Lunæ depræhendi poteſt. De re ipſa, quæ uenditur, quæue mutuo data eſt, bona ne an mala ſit iudicari poteſt ex domo quarta eiusq; domino. In uniuerſum igitur, quicunq; horum, ſua loca fortunata inuenerit, & nuſquam impedita, is melius habebit. Pro facilitate uero emendi & uendendi, mutuo dandi aut accipiendi facit fœlix radiatio domini aſcendentis cum ſeptima & eius domino, & Mercurio fortunato, inq; bono loco conſtituto. Quòd ſi tetragona oppoſitoue aſpectu ſeſe reſpexerint, magna diſſenſione illa peragentur. His omnibus, appendicis formula ſubnectendum duximus, quòd emptoris fortunam augebunt, pars fartunæ in domo Iouis fœlici accendente affluxu illuſtrata, & Luna in quarta tertia ab oppoſitione uſq; ad ultimam quadram, aut in duabus quartis occidentibus, Mercurio coniuncta, aut beneuolis eius radijs, domino aſcendentis exiſtente diminuto motus & domino medij cœli ſaluo exiſtente. Pro uenditore faciunt Luna in exaltatione aut triplicitate conſtituta in ſignis directe aſcendentibus, ſeparando ſe à fortunis, iungendo ſe radijs maleficarum non corporaliter aucta etiam lumine & motu, uel Luna exiſtente in ſecunda Solis quadratura, aut in quartis orientalibus. Pro utriſq; iunctim Mercurius fortunatus, & à Marte nullo radio maligno impeditus, Luna etiam exiſtente in quadratura Solis prima, tunc enim res iuſto precio emitur & uendit. Vltima uero quarta ualet emptori & commodo accipienti, ſi clanculũ quicq; emere aut mutuo accipere uoluerint. At ſi quis forte aut caſu fortunæ expoſita pecunia lucro intentus eſſe uelit, is gradũ partis fortunæ & Mercurium aptet, ſi retrogradus fuerit, cum Ioue & Venere iungatur. Præterea ut quorundam ſententia eſt, Luna in Leone, Scorpione, aut Sagittario exiſtente bonum eſt qui mutuo accipit uel dat. Quòd ſi in principio iſtorum ſignorum fuerit, malum erit danti. In reſtitutione autem Luna in Aquario, uel Piſcibus lumine deficiens, plurimum ualebit, ſeruatis conditionibus paulo ſupra poſitis.

Peregri

Peregrinandi, legationesq́ mittendi tempora oportuna ſeligere. Canon XVIII.

NVlla euidens electio ſuper rebus in propoſitione comprehenſis ſine noticia genituræ aut reuolutionis anni eius, qui aliquid horũ onerum ſubiturus eſt fieri poteſt. Habita igitur genitura, aptabis locum Lunæ & aſcendens natiuitatis, aut reuolutionis, & domum ſigni ficantem rem, quam quis petiturus eſt. Nam ſi ea fortunatæ fuerint, pro poſitum ſuum conſequetur, ſin minus, minus proſpere ſibi ſuccedet. Signum autem eiuſdem domus tempore natiuitatis, aut reuolutionis in aſcendentis locum conſtituetur. Præ omnibus autem nona domus & eius dominus ſint fortunati. Nec illud minus aduertendum, quòd applicatio Lunæ ad planetas, qui ſignificatores earum perſonarum ſunt obſeruentur. Multum enim ex his fortunæ, infortuniiq́ depræhendi poteſt. Præterea refert per aquas ne, an per terram quiſquam iturus ſit. Nã ſi terreſtre iter inſtituitur, ſigna terrea commodum locum habebunt, ſi per aquam ſigna aquea, fixa aut mobilia, prout quis citius tardiusue rediturus, pro uoluntate eligentur. Inter hæc Lunam oportet felicibus radiis fortunari, & in bono loco, unà cum fortunis ſtatui. Infortunis, quarum ante ſæpe mentio facta eſt, in locis deiectis conſtitutis. Adiicienda ſunt his, quæ Ptolemæus uerbis 41. & 55. annotauit. Cauere ſcilicet tempore diſceſſus loci octaui, dominiq́ eius afflictionem, & ſecũdi atq́ eius domini tempore reditus. Martis etiam uim noxiam aduerſus naues imminui, cũ neq́ in cœli medio, neq́ undecimo eſt loco. In his enim locis nauem corrumpere, prædonibus per uim occupantibus. incendi autem nauem ſi aſcendẽs ab aliqua ſtella fixa, quæ ex Martis mixtura ſit, affligetur. At ſi quis illa agere, quæ dicta ſunt occulte uoluerit, id commodè perficere poterit, ſi Luna & eius dominus, ſub radiis ſolaribus conſtituti fuerint fortunis applicantibus, & hoc ſi Luna ab impedimentis omnibus prius enumeratis libera fuerit.

Venari quando optimum ſit, reperire. Canon XIX.

QVi cõmodo & opportuno in tempore uenari uoluerit, obſeruare debet, ut aſcendẽs ſit ſignũ mobile, & Luna ſit in medio cœli cõſtituta, & à Ioue fortunata & illuſtrata, ea conditiõe, ut Iupiter aſcendẽs. Mars ſeptimã poſſideant, Saturnus uero cadẽs, aut, ut aſcendẽs non irradiet. Venus uero, aut in aſcendẽte, aut cœli medio exiſtat, Luna ei applicante. Omnium autem eſt optimum, ſi Luna in Cancro fuerit,

Ioue

Ioue Piſces tenente, ea lege, ut Luna Ioui applicet. Præterea refert, an in aqua quis, an terra uenaturus ſit. Quòd ſi terreſtris uenatio in animo eſt Luna aut in Ariete, Leone aut Sagitario locum habeat, Marti beneuola radiatione applicando. Si uero in aqua uenari uoluerimus, Luna in medio cœli in Cancro, uel piſcibus applicans, Veneri in ſeptima domo exiſtenti. Addo ad hæc, quòd beſtiæ, quibus ungulæ ſunt, cōmodæ petuntur, Marte aut Luna medium cœli poſſidentibus. De lupis, apris, urſisq́;, cæterisq́; feris truculentiſſimis, illud unicum obſeruabis, ne Mars ſit in angulo, & aſcendēs in ſignis quadrupedibus, neue Luna aut ſexta à maleficis, aut earundem radijs ſint impeditæ. Pro auibus ſigna aeria ualent & uolatilia, qualia ſunt Gemini, Virgo, Sagittarius, & Piſces, ſi Luna in ipſis fuerit applicando ad fortunatum, & in bono loco conſtitutum Mercurium. Pro aquaticis auibus uenandis, prope eadem ualent, illo unico addito, ut Luna planetæ in ſigno aquatico, Scorpione excepto, exiſtenti applicet. Poſtremò adnotandum eſt, planetas retrogrados in angulis exiſtentes, & eiſdem Luna applicante, maxime ſi infortunata fuerit, uenatoribus non ſanè commode ſuccedet, nec multa præda reduces erunt.

Opera metallorum in igne perficere, ſiue alchimię artem exercere. Canon XX.

IN omni illo opere, quod igne ut inſtrumento, perficitur, Lunæ locus & aſcendens ſint in ſignis communibus, & igneis conſtituti, Saluis ambobus ab infortunatorū radijs, ſimiliter ſignificator eius rei, quā igne præparare uolumus, & medium cœli, bene diſponantur, & in bono loco figuræ ſignificatore conſtituto, ut ſi aurum fuerit, Sol: ſi argentum, Luna: ſi plumbum, Saturnus: ſi ſtannum, Iupiter: ſi ferrum, Mars: ſi cuprum, Venus: ſi argentum uiuum Mercurius. Hæc uniuerſa his maxime proderunt, qui metallorum metamorphoſim quandam ignis ope facere conantur. Quibus merito gaudendum eſt, quòd authore Auicenna, ſpecies rerum mutari non poſſunt. Nam ſi uotis ſuis ſucceſſus reſponderet, nullus egeſtate premeretur, cum hodie uel ditiſſimos omnia igne illo, abſummere, & in uniuerſum decoquere uideamus. Quotus enim quiſq; eſt, quem hæc fallax nugarum aſſentatrix diuitem fecit? Aſſero igitur aſtrorum influxum ea iuuare, quæ natura duce in factum exire poſſunt, non ea, quæ impoſſibilia ex naturæ ſeriæ cognoſcuntur.

Quarta

Digitized by Google

QVARTA PARS DE NATIVITATIBVS.

Quæ ante iudicium natiuitatis humanæ conſideranda ſint, patefacere. Canon I.

IN primis uerificetur natiuitas circa gradum aſcendentis quantum fieri poteſt per Animodar, aut moram nati in utero. Deinde per accidentia nati, ſi ſaltem habeat ætatẽ. Quo facto, ſcias nati patriam, genus, pro iudicio particulari. Nam aliter & aliter cœleſtes influxus operātur, in uno, quàm in alio. Siquidem actus actiuorum, fiunt in paciente prædiſpoſito, uide tunc gradum aſcendentis, & anni dominum, cum reliquis angulis tempore introitus Solis in Arietem proxime præcedentem natiuitatem, & conſidera an dominus natiuitatis, uel locus Solis, uel locus Lunæ, uel locus partis fortunæ, uel medium cœli, aut gradus aſcendentis ſit locus illius fortunæ, uel infortunæ illo anno dominantis, & ex eo augere uel minuere bonitatem uel maliciam ſignificatoris, ex quinq; Hylegijs iam dictis. Conſidera etiam ſi eo anno, quo natus eſt, præceſſerit natiuitatem aliqua eclipſis luminarium, aut coniunctio ponderoſorum, uel non ponderoſorum. & aſpice an aliquod Hylegiorum, ſcilicet aſcendens, locus Solis, locus Lunæ, pars fortunæ, & medium cœli, habeat gradum talis eclipſis præcedentis, uel cõiunctionis. Quòd ſi hoc contingat, pronunciabis nato magnum accidẽs futurum, ſecundum ſignificationem Hylegij, quod fuerit tali gradu illuſtratum, & hoc accidens poterit eſſe tam in bonum quàm in malum, ſecundum diſpoſitionem eclipſis, uel ipſius coniunctionis magnæ. Conſideretur etiam coniunctionis uel oppoſitionis gradus natiuitatem præcedentis, ille enim gradus magnam uim habet. Et ſi contingat gradum illum conſtitui in aliquo forti loco figuræ natalis, tunc accidens futurum pronunciabis forte ſecundum naturam loci. Qui ſi fuerit in decima, in honore & magiſterio habebit excellentiam. Si in ſeptima, in coniugio maximam fortunam, & ſic de alijs locis. Si cum parte fortunæ diuitiarũ affluentiam præbebit, & talis gradus habet magnam uim, tam circa uitam, quàm circa corpus, ideo eſt dirigendus ad loca & ad aſpectus, tam fortunarum, quàm infortunarum.

Digitized by Google

An natus nutriendus ſit uel ne, & de Hylech electione iuxta mentem Ptolemæi enarrare. Canon II.

IN primis aſpice an natus ſit nutriẽdus uel ne, & pronoſticabis ſuper uita. Et licet multæ ſint diuerſitates, tamen rationi congrua hic uidebis. Loca enim idonea Hylegij hæc ſunt, domus prima, domus decima, undecima, nona & ſeptima, & quælibet domus ex eis habet 30 gradus, quinque ſcilicet ante initium domus, & 25 gradus proximi cuſpide domus ſequentes, & id ſumme notandum uenit.

In diurna natiuitate regulæ.

Prima. Si Sol in loco idoneo Hylegij reptus fuerit, erit Hylech. Secunda, ſi Sol nõ fuerit in loco idoneo, uide Lunã, quæ ſi in idoneo reperta fuerit, erit Hylech. Tertia, ſi neque Sol neque Luna fuerit in idoneo loco, accipe planetã plures habentem dignitates eſſentiales, in his locis tribus, ſcilicet in loco cõiunctionis ante natiuitatẽ, in loco Solis, in aſcendente: Si talis planeta in loco idoneo fuerit, ipſe erit Hylech. Quarta, ſi talẽ planetam nõ inueneris, qui in his dictis locis dignitatem habuerit, & poſſe, tũc uide aliũ planetam, qui in aliquo dictorũ locorum habuerit ad minus tres dignitates eſſentiales, quia ipſe erit Hylech. Quinta, ſi nullus eſſet planeta, qui in his locis tres dignitates eſſentiales ad minus haberet, tunc gradus aſcendentis eſſet accipiendus pro Hylech.

In nocturna natiuitate regulæ.

Prima, ſi Luna reperta fuerit in loco idoneo Hylegij, ipſa erit Hylech. Secunda, ſi Luna non fuerit in loco idoneo, uide tũc Solem, qui ſi in aſcendente fuerit, ipſe erit Hylech. Tertia, ſi neque Luna neque Sol poteſt eſſe Hylech, cõſiderandus eſt planeta plures dignitates habens, in loco oppoſitionis uel coniunctionis antecedentis natiuitatem, & in loco partis fortunæ, & ſi talis planeta eſſet in loco apto pro Hylech, ipſe erit Hylech. Quarta, ſi talem planetam non inueneris, qui in his locis dignitatem habuerit, inquire aliquem planetam ad minus in aliquo trium dictorum locorum tres dignitates eſſentiales habentem. Et ſi in loco idoneo fuerit, ipſe erit Hylech. Quinta, ſi nullus eſſet planeta, qui in his locis tres dignitates eſſentiales haberet, cõſidera ſi natiuitatẽ præceſſit proximius coniunctio, quia tunc accipe gradum aſcendentis pro Hylech: Si uero oppoſitio proximius præceſſerit, accipe partem fortunæ Hylech.

Cautelæ in Hylech accipiendo.

Si contingeret in Hylech electiõe, quod ambo luminaria, uel etiã unum illorũ & planetæ gubernatores uel diſpoſitores dictorũ locorũ, forẽt in

locis

Digitized by Google

locis etiam idoneis pro Hylech, eligẽdus eſt ille planeta, qui eſt maioris uirtutis & poſſe, & in fortiori loco & aptiori ꝑ Hylech, q̃d diſtinctius ſic accipe. Si luminare eſſet aptum pro Hylech, & etiã planeta gubernator dictorum locorum. Si tamen luminare fuerit debilius in teſtimonijs eſſentialibus, uel etiam in debiliori loco, & ipſe gubernator uel diſpoſitor dictorum locorũ plura teſtimonia eſſentialia habuerit, & in fortiori loco, tunc talis planeta præferendus eſt ipſi luminari, in dominio Hylech.

Vtrum uita nati ſit longa, uel breuis, determinare. Canon III.

PLurima in hoc ſunt conſideranda. Primo conſidera Hylech, an ſit fortis, ſcilicet in mundo, id eſt in ſe, ſcilicet in domo & dignitate propria, uel in figura, id eſt loco forti. Quòd ſi fuerit fortis, dic fortitudinem humidi radicalis illius. ſi debilis, è contra. Si diſpoſitor loci Hylech bene ſe habuerit ſecundum fortitudines, ſcilicet exiſtentiæ loci, & propriæ fortitudinis, dicas rurſus complexionem nati fortem & robuſtam. Si autem debilis fuerit diſpoſitor Hylech, natus erit debilis complexionis, cito alterabilis, nec longæ uitæ. Quòd ſi ambo & Hylech & eius diſpoſitor ſe male habuerint, omnium malorum oppugnatione, uitæ abſciſionem pronunciabis. Et nota, quòd & ſi non fuerit adhuc directio Hylech ad aliquem malorum, ſed diuiſio Hylech fuerit in fine ſigni, aut in termino malorum, cõcurrente mala reuolutione, & domino Alinthiæ, ac ſigno profectionis male ſe habentibus, etiam uitæ abſciſionem, pronũciare poteris. Et nota, quòd cum Hylech et eius diſpoſitor fuerint fortes, ex ſola malorum directione ad ipſos, etiam admodum potenti, non debes pronunciare uitæ truncationem, ſed aliquod in corpus accidens, q̃d natum conducet quaſi ad mortem, ſecundum naturam infortunæ. Et in tali caſu fortitudinis, nequaquã iudicabis uitæ aſciſionem, niſi multa occurrerint, maxime nato adhuc iuuene exiſtente. Si uero in ſenio fuerit conſtitutus, eo ꝙ uirtus Hylegij quotidie remittitur, ex ſola directione, licet nõ ſit admodum potens, poteris uitæ terminũ enunciare. Item etiã conſiderandum eſt: Vtrum eclipſis aliqua gradum aſcendentem, aut aliquem angulum figuræ occupauerit. Nam in tali caſu niſi admodum fuerit potens uitæ ſignificator, truncationem enunciabis.

Complexionem corporis ac ſanitatem & ægritudinem nati prognoſticare. Canon IIII.

HAec conſideranda ſunt, ex aſcendente, Luna & ſexta ac eius domino. Si enim in aſcendente fuerit infortuna, aut radij eius, dic

Digitized by Google

malam corporis futuram complexionē, & quòd natus multum aptus eſt ad ægritudines. Idem dicas ſi Lunam inueneris male diſpoſitam, & maxime ſi fuerit alligata ſextæ domui, uel domino ſextæ, quæ ſignificatio etiam augetur ex exiſtentia infortunæ in ſexta, præſertim Saturni, qui plurimas in iſto loco dat ægritudines. Et ſi unum ex his ſignificatoribus corporis reperies male diſpoſitum, dic non multas ægritudines futuras. Si autem omnes, aut maiorem partem malæ diſpoſitionis reperies, dic ex communi mala reuolutione, aut ex quacunq; cauſa, licet parua, natus ægritudinem incurret. Magnitudinem ægritudinis pronunciabis, quotieſcunq; reperies ſignificatores malos in angulis, aſpicientibus loca prædicta, uel ſi luminaria fuerint, ab his malis ſic aſpicientibus loca ipſa, male aſpecta, Tunc enim magnas fore ægritudines pronunciabis, quæ quidem corpus aliquando ita male diſtemperabunt, quòd uix ad priſtinum ſtatum poterit redire. Naturam ægritudinis cognoſces ab infortunis, & à ſignis, quæ ab eis aſpecta fuerint loca, & corporis membra, quæ ægrotabunt pronunciabis.

Subſtantiam atq; diuitias nati dijudicare. Canon V.

CONſidera partem fortunæ, quæ ſemper proijcitur à Sole in Lunam, excepto cum anteceſſerit plenilunium, & in ipſo plenilunio Luna fuerit potentior Sole, tunc enim è contra à Luna in Solem proijcito. Quòd ſi partem fortunæ in angulo reperies, ac dominum eius fortem ac potentem, dic quòd natus diuitias plurimas habebit. Si autem pars fortunæ fuerit in cadente, & dominus eius debilis, pauper futurus eſt. Et nota, ſi diſpoſitor partis fortunæ fuerit fortuna, largitatem & affluentiam diuitiarum pronunciabis, de quibus natus gaudebit, & bene ſibi faciet. Si autem infortuna fuerit fortis in figura, diuitias nato dabit, ſed per fas & nefas, & cum infamia. Quòd ſi talis fuerit Saturnus, nec ſibi nec alijs benefaciet, imò auarus theſauriſabit. Si Mars, ex uiolentijs et litibus diuitias aggregabit; quas tandem diſſipabit, & quæ in propria familia parum durabunt. Si Mercurius fuerit ſubſtantiæ ſignificator, diuitias quàm plurimas promittit ex mercibus, aut literis acquiſitis, ſed parum durant diuitiæ à Mercurio datæ. Venus autem affluentiam præbet ex donationibus, quas natus in laſciuijs, ueſtibus, cibo ac potu plurimum erogabit. Non poſtponas dominum ſecundæ, & ſecundam domum, quia ſecundum qualitatem, bonitatem & maliciam & fortitudinem ac debilitatem diuitiæ per partem fortunæ ſignificatæ, augentur & diminuuntur.

Dignitatem

Digitized by Google

Dignitatem atq; honorem nati declarare. Canon VI.

DIgnitas principalis elicitur ex diſpoſitione Solis, qui ſi fortis fuerit, puta in aſcendẽte uel medio cœli in ſuis dignitatibus, aut eius diſpoſitor fuerit in angulo & dignitate, natus ad magnam dignitatem perueniet, ſecundum menſuram genituræ. Quòd ſi contrarium reperies, contrarium dicito. Item ſi Sol à pluribus & iiſdem matutinalibus planetis fuerit circundatus, & ipſi circundantes fortes extiterint, natus magnam dignitatem habebit. Præterea aſpice mediũ cœli & eius dominum, an dominus aſcendentis illos aſpiciat bono aſpectu. Si enim dominus aſcendẽtis fuerit in medio cœli, aut dominus medij cœli in aſcendente, natus habebit dignitatẽ, & principum amicitiã, magiſtratus & officia. Quòd ſi dominus medij cœli fuerit alienus à domino aſcendẽtis, & male diſpoſitus reperitur, dic nato nullam futuram dignitatem. Et in hoc aduertas, quòd diſpoſitio medij cœli & domini eius, eſt debilior diſpoſitione Solis. Quare ſi Sol circumdetur à malis planetis, etiam mediũ cœli & dominus eius male diſpoſitis, promittas audacter dignitatem & honores, ſed non cũ tanta facilitate, nec tam magnas. Nam quo plures fuerint conſtellationes, eo magis multiplicabuntur effectus. Præterea cõſidera etiam ſtellas, præſertim eas, quæ fuerint primæ aut ſecundæ magnitudinis, & quæ paruam latitudinem ab ecliptica habuerint, nam dant maximas dignitates & honores, & tales, quas nunq; quiſquã exiſtimaſſet, etiã ſi natus ſit obſcuro genere ortus. Nã ſi ſtella fixa fuerit in aſcendente, aut decima, aut ſeptima, aut cũ Sole de die, ſiue cum Luna de nocte, aut cũ partæ fortunæ, quia in his locis maximã habet influentiam, etiam ſi in cuſpide aliarum domorum inueneris ſtellam fixam, dic accidens futurum eſſe illius naturæ, cuius fuerit influentia domus illius. Verbi gratia: Si reperiatur ſtella fixa in quinta domo, natus habebit pulchros filios, nobiles, bene fortunatos, & qui diu uiuẽt. Et ſic de alijs.

Mors nati, an ferro, igne, aqua, ruina, ſuſpendio, nece, incurſu ferarum, aut ægritudine fiat, edocere. Canon VII.

COnſidera hos ſignificatores, infortunas, angulos, luminaria, octauam & dominũ eius. Si enim infortunæ fuerint potẽtes in angulis & aſpexerint luminare temporis, aut ambo luminaria malo aſpectu, erit mors mala. Idem dic ſi fuerint in octaua, aut in malo aſpectu aſ-

ſcendentis. Genus mortis cognoſcitur à ſignificatore malo, & à loco in q̄ fuerit, & à ſigno in quo moratur, & à commixtione cum aliis, & à diſpoſitore. Nam ſi plura fuerint teſtimonia Martis, ferro, igne, aut truncatione, aut diſmembratione, aut caſu, malam mortem pronunciabis, ſecundum quòd Martis diſpoſitio uidebitur magis ad unam, quàm alteram ſe conuertere. Verbi gratia: Si in humano ſigno extiterit, ab homine occidetur: ſi in igneo, combuſtiõe: ſi in terreo, ruina aut caſu, & ſic de aliis. Si uero teſtimonio Saturni fuerit, hæc mala mors, erit ſtrangulatione, ſuſpendio, aut ueneno, in locis ſecretis, aut in carcere, aut ſubmerſione, ſecundum naturam & commixtionem Saturni. Nam ſi in decima fuerit, & fuerint ſecum malæ mortis ſignificatores, in alto loco, uel ex alto morietur, puta ſuſpendio, maxime cum fuerit in ſigno aereo. Si uero in quarta, & in ſigno aqueo fuerit, in aquis uitam finiet. Tamen aſpice in hoc etiam regulas Ptolemæi & aliorum, quæ hic ob breuitatem obmittuntur. Tempus igitur in quo talis mors expectetur, erit, cum Hylech dirigitur ad prædicta loca infortunata, uel quando continget aliqua peſſima reuolutio, quæ ſimilis eſſet natiuitati, & Hylech eſſet in termino illius infortunæ. Quòd ſi effectualiter non ſequeretur illa mors mala, foret tamen eo anno in maximo illius malæ mortis periculo, quemadmodũ his contingit, qui ſubmerguntur & tandẽ euadunt. Et ſicut illi, qui damnantur morte publica, & tamen poſtea fit eis gratia. Si autem fortunæ aſpexerint bono aſpectu aſcendens & luminaria, aut octauã domũ, morietur ex morbo diſſoluente uitam ipſius, qui à planeta abſcindẽte procedet, & ſigno in quo eſt, & diſpoſitoris. In hac materia etiam recurras ad regulas & canones autenticorum authorũ. Reliquæ aũt ſignificatiões, quæ in natiuitatibus conſiderantur, & ſi debiliores eſſe cognoſcantur, tamen nõ ſunt ſpernandæ, eo quòd multi authores de eis determinauere, ueruntamen in eis non eſt multũ inſiſtendum. Quia & ſi cœlũ non mentiatur, attamen propter diuerſitatem conſtellationũ, poſſunt aliquando accidere, ut conſtellationes, quæ fraudabant eos, quæ in natiuitate aſpexeris. Verbi gratia: Si in natiuitate alicuius uideas filios morituros, poterit eſſe, ꝙ naſcetur ſibi filius, q̄ tempore ortus ſignificatorem uitæ ita potentem habebit, quòd uiuet longa uita, ubi tamen in natiuitate patris promittebas nullum ex filiis uicturum longo tempore, & ſic de cæteris locis. Attamen in pluribus eueniet iudicium uerum iſtarum rerum, licet non ita neceſſario, ut in aliis ſupradictis conſiderationibus.

An natus fratres habebit, & utrum ſint uicturi, & an fortunati, etiam an fiet amor inter eos, oſtendere. Canon VIII.

Conſidera tertiã domum & dominũ eius, & planetas in ea ac eam

aſpicien

aſpicientes. Qui ſi boni fuerint, fratres ſignificat plures, & eoſdem uitales & fortunatos. Si uero mali, paucitatē fratrū, & eorū infortunium. Item ſi dominus tertiæ aſpexerit aſcendens uel dominū eius, aſpectu bono, ſignificat amicitiā, ſi malo, odiū. Conſidera etiā partem fratrum, & eius diſpoſitorem, quia habet magnā in eſſe fratrum ſignificationem. Hoc modo iudicabis de reliquis domibus omnibus, conſiderando ſignificatores & eorū diſpoſitores, animaduertendo eorundem fortitudines, & debilitates, ac partes & eorum diſpoſitores. Et iudicabis bonum, ſi boni diſponant, & malum, ſi mali diſponant, & hæc in generali. Qui autem particularia uolunt, legant authores claros huius materiæ.

Tempora accidentium determinare Can. IX.

PRimo oportet de unoquoq; Hylegio facere directionē, ſecundū tabulas primi mobilis, & cū gradus Hylegiorū peruenerint ad corpora uel radios bonorū, eo anno bonū accidet nato, de natura illius ſignificatoris & promiſſoris. Verbi gratia: Si Sol dirigitur ad corpꝰ uel radios Iouis, eo anno habebit honorē. Magnitudo autē & excellentia honoris capitur, tam à ſignificatore, q̄ à promiſſore. Vnde ſi Sol fuerit potens in exemplo ſupradicto, & Iupiter promiſſor, & ambo in angulis, aut ſuis dignitatibus, iudica eo anno prælaturā, aut iudicij dignitatem maximā, & adminiſtrationē alicuius magnæ rei, & cum aliq̄ principe amicitiā. Cum autem gradus Hylegiorum peruenerint ad corpora uel radios malorum, eodē anno habebit accidens pernicioſum ſecundū naturā, tam ipſius ſignificatoris, quàm promiſſoris. Magnitudo autē ſeu excellentia accidētis, capitur ſecundū fortitudinem ſiue debilitatem ꝓmiſſoris tantū, quia ſi ſignificator fortis fuerit, & promiſſor debilis, tūc parū nocebit illa mala directio. Si uero debilis fuerit ſignificator & fortis promiſſor malus, tūc accidentis magnitudo erit in eo genere, in quo demonſtratur ab ipſo ſignificatore, ſed non exiſtimes directiones nobis demonſtrare tempora limitata, uſq; ad menſem & diem, niſi te adiuues cum reuolutione illius anni, in quo contingere debet tale accidens, quare eriges figuram reuolutionis, & aſpicies, ſi ſignū profectionis concordat cum mala directione quòd ſignū fuerit ex ſignis, quæ erant in duodecima, ſexta, octaua, uel quòd in eis fuerint mali uel radij eorum, tunc iudicium habes certiſſimū de malo accidente. Quare aſpice, quo tempore commiſcebitur, ſiue per corpus, ſiue per aſpectum dominus profectionis cum gradu directionis, uel cum domino directionis, id eſt promiſſore. Et iudica, quòd erit tali tempore, uel cum profectio menſurna ueniet ad ipſum gradum directionis, & maximè illa die, qua Luna coniunget teſtimonia ſignificatorum per malum aſpectum, ſcilicet ſeparando ſe ab uno, & applicando alteri per tetragonum uel oppoſitum.

Duratio

Digitized by Google

Durationem accidentis à directione prouenientem notam facere. Canon X.

MAla impreſſio facta in directione durat uſq; quo ſignificator ad alium dirigitur. Veruntamen accidentia eius maxime apparẽt anno, quo contingit talis directio, & maxime directiones, quæ contingunt ad Saturnum. Ille uero, quæ ad Martem citius terminantur & uidentur terminari, eo anno, quo directio uadit ad Martem. Quando uero ad Saturnũ, tunc uidetur infortunium à Saturno datũ durare ꝑ multos annos, queadmodũ cõtingit quempiã infortunari ac incarcerari, & infirmari, & alia plura infortunia pati nõ ſolum eo anno, ꝙ extat directio ad Saturnum, uerum etiam per decẽ annos aut duodecim patietur has tribulationes uiciſſim, modo uno anno infortunat, modo alio incarceratur, modo alio patitur damnũ in ſubſtantia, modo alio in filijs, & ſic uidetur tranſire de uno infortunio in aliud, quouſq; permutetur talis directio. Et licet Mars uideatur, ut dictum eſt eo anno, quo fit ad ipſum directio, terminare accidentia, non tamen fit, quin etiam ulterius durent ipſius impreſſiones. Quemadmodũ contingit, quòd quiſpiam pluribus annis ſtabit in litibus, rixis & controuerſijs. Et nota, quòd eo anno, quo teſtimonia reuolutionis magis erunt conuenientia ſignificationi directionis, eodem anno magis uigebunt ipſius directionis accidentia. Et quemadmodum dictum eſt in malis directionibus, ita ſimiliter eſt conſiderandum in bonis. Nam contingit, quòd quis proſperabitur uario genere fœlicitatum, & durabit pluribus annis.

Iterum de tempore. Canon XI.

COnſiderandum primo, ſub qua diuiſione unumquodq; Hylech reperiatur, & ipſius influentiam nota. Poſtq̃ autem percepiſti, qs ſit dominus radij, id eſt, ad quem planetam fuit facta directio. Poſtea conſidera ſigna profectionum omnium Hylegiorum, præſertim aſcendentis, quia cæteris eſt potentior. Et cum uideris plura concordare adinuicem, ſiue in bonum ſiue in malum. Iudica eodem anno accidẽs futurum. Quod ſi uolueris ſcire quo tempore anni fiet, conſidera reuolutionem. Et quando dominus profectionis uenerit ad terminum uel gradum directionis, id eſt, diuiſionis uel profectionis. Eo tempore uel iiſdem diebus apparebit accidens. Si uero ſignificator reuolutionis fuerit per commixtionem in aliquo loco cœli, ut puta, quia in reuolutione ponit ſe in locum quo fuerat alter in radice, tunc apparebit accidens, cũ per proprium motum in anno reuolutionis iterum tales planetæ commiſcentur

Digitized by Google

miſcentur, id eſt, cum profectio ſignificatoris peruenit ad locū □ uel ☍ alterius, ſiue reuolutionis ſiue radicis, ſiue etiam loci in quo eſt motꝰ uel tranſitus illius diei. Verbi gratia: Profectio Lunæ in 12 gradu ♈ erat ad quintã, id eſt, ad locū Martis in 10. ♌. Quando igitur profectio Lunæ peruenit ad ☍ Martis, qui per motum ſuum iam erat in 22 ♋, fuit uulneratio. Et ſi aliqua ſignificatio fuerit alicui planetæ, & non fuerit per commixtionem, ut in caſu prænarrato, tunc dic accidens appariturum, quando ille planeta erit fortior & potentior, id eſt orientalis, uel intrans domū ſuam in anno reuolutionis. Et nota, ꝙ etiam tranſitus planetarū multum operantur, cum ipſi tranſeunt per loca, quæ ſignificationem aliquam habent. Sed nõ, ut multi arbitrantur, tranſitus ſemper inducunt effectus ſuos, quia non inducunt effectus, niſi cum ipſi planetæ tranſeuntes habent aliquam ſignificationem uel teſtimonium in reuolutione. Aut quòd ipſi ſint domini radij uel diuiſores. Genera accidentium ex multis eliciuntur, de hoc uide Hali Abenragelem in reuolutionibus natiuitatum, ubi dicit, Planeta habens poteſtatem in anno, maxime ſi fuerit diſpoſitor in radice. Si fuerit in locis diſpoſitiõis, id eſt ſigno profectionis, uel aſpexerit ibi, erit augmentum accidentis, ſi conuenienter aſpexerit, id eſt △ uel ✶, concordans cum loco radicis, bonum ſignificat. Si incõuenienter, id eſt □ uel ☍, malum. In alijs autem ſtatibus nihil operatur.

Obſeruationem temporum futurorum accidentium natiuitatis ex directionibus, diuiſionibus, atq; profectionibus definire. Canon XII.

PRimo conſidera quinq; Hylegia, aſcendens, Solem, Lunam, partē fortunæ, medium cœli, & coniunctionem uel oppoſitionem, quæ præceſſit immediate natiuitatem. Deinde conſidera eorum directiones ad malos & ad bonos, quæ inducũt tunc effectum durantem, quouſq; alteri loco applicabunt. Et iſtud appellatur tempus uniuerſale, ꝗd obſerua in ſingulis ſupradictis ſignificatoribus dirigendis. Et ſub iſto tempore uniuerſali, conſtituitur aliud tempus particulare, quod eſt, quia ſignificatoris directio, quæ alias diuiſio appellatur, nunc in uno nunc in alio ſigni termino reperitur, & hoc tempus auget uel minuit ab influentia primi temporis, ſecundum quod concordauerit uel diſcordauerit à ſignificatione primi temporis. Tempus tertiū eſt profectio ſignificatoris, quæ ſingulis annis permutatur à ſigno in ſignum. Et in hoc tempore alia imprimitur diſpoſitio bona ſiue mala, quæ diuerſimode conſiderata, ſiue fortis ſiue debilis fuerit, augebit uel minuet ſignificata annorum temporū præcedentium. Extat & tranſitus planetarum per

loca neceſſaria, qui tranſitus etiam diuerſimode conſideratur. Nam in Saturno tranſitũ eius corporis cõſideramus per loca temporũ uniuerſaliũ. In Ioue conſideratur tranſitus corporis eius per loca annorũ, hoc eſt, per ſignum profectionis annuæ. Martis autem Solis, Veneris & Mercurij, conſiderãtur tranſitus eorum per loca profectionis menſurnæ, & Lunæ per loca profectionis diurnæ. De bonitate aut malicia accidẽtis, quæ conſideratur ex diſpoſitione illorum planetarum gubernantium talia tempora. Qui ſi boni, & cum re illa concordantes fuerint, bonum ſignificant de natura illius planetæ. Si uero mali & diſcordantes, malum ſignificaut de natura illius mali planetæ. Et magis apparebit accidens, cũ planeta dominabitur diſpoſitioni temporis, qui fuerit illius rei diſpoſitor in radice natiuitatis. Verbi gratia: Dominabatur Saturnus in diſpoſitione temporis uniuerſalis, circa eſſe corporeæ diſpoſitionis, nam fuerat ob ſitum in aſcendente diſpoſitor corporis. Tunc enim apparebit magis accidens, quàm ſi fuiſſet ſimplex dominator temporis uniuerſalis, & tunc etiam apparebunt fortiora ſignificata, quando plures concordabunt uel concurrunt directiones uno tempore concordantes, ſiue in bonum, ſiue in malum.

Experimentum de tranſitu domini aſcendentis ſuper gradum infortunę radicis natiuitatis. Ca. XIII.

TRanſitus domini aſcendentis natiuitatis ſuper gradum infortunæ radicis, illa die infortunat natum iuxta poſitionem infortunæ in domo reuolutionis, maxime ſi illa infortuna dominiũ habuerit in anno. Verbi gratia: Saturnus fuit in radice in 19 gradu Cancri in domo decima, Libra exiſtente aſcendens radicis, & in reuolutione poſuit ſe Saturnus in duodecimam. Quando igitur Venus domina aſcendentis natiuitatis per tranſitum ad 19 Cancri peruenit, fuit natus captus &c.

Aliud experimentum de parte fortunæ. Ca. XIIII.

PArs fortunæ quæ accipitur à ☉ in ☽ tempore reuolutionis natiuitatis in die, uel econtra in nocte, & proijcitur ab aſcendente reuolutionis, ſi eam aſpexerit aliquis ſuorum dominorum, lucrabitur natus illo anno &c.

FINIS.

Digitized by Google

TRACTATVS ELECTIONVM LAVRENTII BONICONTRII Miniarenſis.

EPISTOLA AVTORIS AD Cardinalem quendam.

SOlent plerunq; homines poſt quæſtionem factam, conſulere Aſtrologum, quæ ſit dies & hora percommoda perficienda, id quod facere intendunt. Et cum Ptolemæus de interrogationibus & electionibus librum nullum ediderit, tamen ſi quis ſuorum librorum huiuſmodi diſciplinæ regulas diligenter inſpexerit. Inueniet has aſtrologiæ partes nõ omnino ab eo fuiſſe neglectas, cum præſertim in centiloquio de electionibus regulas tradiderit, nec de interrogationibus poſtpoſuerit loqui. Quanquam in quadripartito dicit eſſe res friuolas, quem tamen librum quidam exiſtimant non eſſe editum à Ptolemæo: Nos autem iuxta ingenij noſtri tenuitatẽ, præter ea quæ de alijs aſtrologiæ partibus ſcripſimus, neceſſaria quædam ad electiones ſummatim dicemus; quæ ualde accommoda generatim ſumpta utilia arbitramnr, quæ tuæ prudentiæ & amplitudini penſenda relinquimus. Vale.

De uniuerſalibus & prima domo.

NOn eſſe ad impoſſibilia eligendum, cum ſcientiæ diſciplina, tum etiam ipſa naturalis ratio perſuadeat.

Tunc electiones proficiunt, inquit Ptolemæus, cum conuenerint cum natali.

Cognita natiuitate, incipe opera tua ea hora, qua illud ſignum aſcendit, quod in natiuitate aſcendebat, & ſint quatuor anguli liberi à malis, niſi eſſet dominus aſcendentis. Hæc regula ueritatem tenet, cum in factis tuis caſualibus ut communiter fortunatus fueris, quare temetipſum cõſidera. Si uero in factis tuis communibus diſfortunatus fueris. Inchoa opera tua, hora ea qua aſcendit ſignum undecimæ uel quintæ tuæ natiuitatis, & ſemper bonum eſt, quod luminaria ſint in angulis uel ſuccedentibus.

Digitized by Google

Incipe opera tua, cum dominus aſcendentis natiuitatis fuerit in loco forti figuræ cœli, ſiue bonus fuerit planeta ſiue malus. Nam mali planetæ uolunt proprijs natis etiam bonum.

Bonum eſt, quòd in angulis natiuitatis non ſit planeta malus, niſi ſit dominus aſcendentis, uel ſignificet rem quã ille incipiens deſiderat.

Meliora aſcendentia, ignota natiuitate, ſunt Virgo & Piſces, dum modo luminaria fuerint in angulis uel ſuccedentibus.

In omni inceptione ſit dominus aſcendentis in aliquo angulorũ, uel ad minus in ſuccedenti.

In puncto coniunctionis, ſi fortuna in aſcendente fuerit, illa erit hora bona, etiam ſi Sol & Luna in aſcendente tunc fuerint.

Non eſt alicui dies & hora perficiendi rem eligenda, niſi prius & ipſius rei, & interrogantis bene patuerit intentio.

Apta in omni electione circulum ad naturam eius rei, quam quis facere quæſierit. Cum diuerſificantur climata, diuerſificantur etiam eorũ aſcenſiones, & ſimiliter planetarum aſpectus. Et per conſequens eorum directiones. Nam cum diuerſificantur latitudines, diuerſificantur circuli eius, & circularis motus, quod nota.

Si nequeas electionem differre, fac ut aſcendens & eius dominus ſalui ſint, & aliqua fortunantium in angulo, & maxime in prima uel decima.

In magnis rerum initijs, fac luminaria ſint in finibus fortunantiũ, ſeſe aſpicientia, & domini finium, ſint ex natura rei incipiendæ.

Ne acceſſeris ad reges Luna exiſtente in Aquario uel Piſcibus, cũ uolueris ab his aliquid impetrare.

Aptandus in omni electione Sol & planeta qui fuerit rei quæſitæ ſignificator, pars etiam fortunæ, & eius dominus, & quarta, & planetæ in quorum domicilijs fuerint.

Poſtula à regibus, cum caput draconis fuerit in decima cum Ioue, Luna ad eũ appropinquante, uel ſi fuerit ſeparata à Ioue, & iuerit ad dominum aſcendentis, uel is ad Lunam.

In electionibus regum, commendantur ſigna planetarum ſuperiorũ à Sole, popularium uero ſigna inferiorum, & Luna.

Non commendatur aſpectus Lunæ ad Martem, etiam ſi conueniens fuerit, ex domibus Veneris, nec ad Iouem, ex domibus Mercurij, quia domos habent oppoſitas.

Optimum eſt in omni electione boni, Lunam fortunari, & eſſe in bono loco, ſine aſpectu ſtellarum infortunantium.

Certius eligitur homini, cuius natale præſciueris, quàm ſi id ignoraueris.

In electionibus uirorum, coaptentur ſigna maſculina. In fœminarũ autem fœminina, ut ſint ſine maliuolarum ſtellarum aſpectu, & ſimiliter utriuſq; generis planeta, ſecundum cuiuſq; naturam.

Quod

Digitized by Google

Quod libet ſignum ſecundum diuerſitatem regionum, poteſt diuerſa ſignificare ab his quæ in alia regione monſtrauerit.

Debilitatio ſtellarum fœlicium, peior eſt, quàm ſtellarum infœlicium.

Corpora cœleſtia operantur ſecundum eorum magnitudinem, & luminis claritatem, & ipſorum naturam.

Conſiderandum in omni electione id quod cuiuſq; rei natura patit.

In electionibus non ſunt debilitandi natiuitatis ſignificatores, maxime ſi in ea fortes apparuerint.

Quando non poteris omnia coaptare, id fac quod poſſis bene coaptando, dummodo non negligas planetas rem illam ſignificantes.

Stellæ maiores in prima uel decima collocētur, quoniam ſunt magnæ poteſtatis, quæ ſecundum naturam rei quæſitæ coapentur merito.

Dominus natiuitatis in optima cœli parte colloceť, & ſimiliter fortunetur dominus reuolutionis anni, & qui eos receperint. Dominus quoq; horæ & partis fortunæ. & ſi fieri poterit ſumatur aſcendēs natalis, & ponatur in prima, decima, uel undecima, ſintq; omnes ab infortunātibus liberi, & ab eorum aſpectu.

Tempus rei perficiendæ, ſcies à ſignificatore & applicatione, quam habuerit cum cæteris planetis, uel à Luna ad gradus ſtellæ fœlicis. Diſtātia graduum ſignificabit ſecundum rei naturam, dies, horas, menſes uel annos. Idem oſtendet Luna, cum applicuerit ad domū rei queſitæ, quæ omnia pro ſignorum & locorum natura penſentur.

Puer ad lactandum detur, cum Luna Veneri fuerit coniuncta. In ſubtrahendo puerum à lacte, ſit Luna 90 gradibus recendens à Sole, uſq; ad 167. Sitq; ipſa in ſignis terreis.

In inſciſione unguium, non ſit Luna in Geminis, nec Piſcibus. Tonderi poteſt ſemper, dū Luna fuerit in ſigno communi, præter Geminos, nec ſit in Ariete.

Si uoles aliquid eſſe occultum, pone Lunam ſub radijs Solis.

Cum ſignificator fuerit inter aſcendens, duodecimam, decimam erūt dies uel horæ Cum uero inter decimam & ſeptimam, erunt ſeptimane uel menſes, cum inter ſeptimam & quartam anni &c.

Hæc ſunt quæ in electionibus bene aptentur, aſcendens, luminaria, pars fortunæ, ſignum cōiunctionis, & eorum domini. Dominus quoq; horæ, necnon dominus rei queſitæ, & eius locus.

Caue dominum rei quæſitæ, & ſigni in quo fuerit planeta cadēs, aut retrogradus, aut in malo eſſe Solis.

Noua ueſtimenta facere uel induere, dicit Ptolemæus: Luna exiſtente in Leone uerendum. Ego dico etiam in alijs fixis, ac etiam cum fuerit in coniunctione uel oppoſitione Solis, uel à malis impedita.

Noli in ædificando aliquid incipere, dum Luna fuerit meridionalis deſcendens, in Scorpione uel Piſcibus, nam cito talis fabrica ruet.

In cōſtruendis urbibus dicit Ptolemæus, exerce ſtellas fixas, et ſint domini aſcendentis decimæ & ſextæ, & quartæ, in bonis locis, liberi ab aſpectibus malorum.

Omnis inceptio facta, cum planeta fuerit retrogradus Lunæ coniunctus, citius deſtrueretur, & ad peius deueniet, cum fuerit impedita.

Luna cum Saturno uel Ioue aucta lumine & numero, ad omnia erit bona. Si uero diminuta erit, contrariū dicito. Et ſi cum Venere & Marte, totum contrarium intellige.

Noli eligere aliquid Scorpione aſcendente, nec ſi anguli ſint obliqui, aut ſi Mars fuerit in eis. Falſum enim ſignificat rei illius effectum.

Vt quid, ſiue bonum ſiue malum, ſit durabile, cum fuerit rei illius ſignificator ſtationarius, & in angulo, ſed parum duraturum, cum fuerit retrogradus, & in cadentibus angulorum.

Errare contingit Aſtrologum, quando de ſignificatore eius cui eligit ſit ignarus. Apta planetas ad perſonas, à quibus uoles aliquid impetrare.

Oportet in electionibus tempora conſiderare, aliud enim æſtas & aliud hyems expoſtulat, propter temporum mutationes, quæ nonnunquā actiones noſtras impediunt, ut ſæpe uidemus propter pluuias fieri.

Secundæ domus electiones.

IN mutuo & depoſito, caue Iouem ſub radijs & infortunatum, niſi fuerit receptus.

In re pecuniaria & lucro, iuſticiæ quoq; & rebus honeſtis apta Iouem & dominum ſecundæ domus & earum receptores, ut hi omnes bene locentur.

Qui emerit aliquid Luna exiſtente, à capite Cancri ad finem uſq; Sagittarij, care emet, & id uilius uendet. In altera cœli medietate contrarium erit.

In contrahendo & negociando, Mercurius coaptetur, ſimiliter dominus ſecundæ, decimæ & aſcendentis, & Luna.

Apta planetam cum lucrum ſperas, ſecundum rei ipſius naturam, & lucri genus, ut in ſeminibus Saturnum: in pecunijs, Iouem: in bellis, Martem: in dignitatibus, Solem: in ornatu & ſponſis, Venerem: in literis & ſcripturis, Mercurium: in itineribus, Lunam, qui ſunt fortunandi uel debilitandi ſecundum negociorum genera.

Ita ſunt planetæ coaptandi & ſecundum dierum nomina, & ipſorum planetarum horas omnia ponderentur.

Tertiæ

Digitized by Google

Tertiæ domus electiones.

IN paruis itineribus, dominus tertiæ coaptetur, nona quoq; in lon
gioribus, & eorum domini, ſimiliter & in paruis religionibus,&
magnis facito.
In reconciliandis fratribus uel affinibus,aptetur aſcendens,tertiæ do
minus,& Luna,& eorum domini. Et ſi tertiæ dominus iunctus fuerit
domino aſcendentis, & utrorumq; domini in aſpectu fortunantium,
& ſimiliter cui Luna iungitur,& fac Lunam cadere ab aſcendente, & ab
ipſius aſcendentis domino.
Saturnus,Sol,& Iupiter,ſignificant fratres maiores,& Venus,Luna
& Mercurius, minores. Mars uero medios, ſed mares,mares:fœminei
uero fœminas indicabunt.
Non ſit tibi conſilium poſtponendum,quod affinium res ita per iſtã
domum,ſicut per fratres coaptandæ ſunt.

Quartæ domus electiones.

SAturnus in rebus ruſticis,uulgi, nauigatione, gregibus,ſenibus,
optime coaptetur. Quarta domus eiusq; dominus,& eorũ recepto-
res fortunantur,quia fini rerum præeſt, & ſimiliter coaptetur Lu-
næ receptor.
Primum ædificij principium non eſt foſſio fundamenti,ſed primus la
pis in eo iactus, quia ſine foſſione poſſit aliquis in loco ſolido ædificare.
In introitu domus propriæ,ſit aſcendens ſignum fixum,& Luna in ſi-
gno fixo. Si uero domus ſit conductitia,ſit aſcendens ſignum commu-
ne,& Luna inſigno cõmuni. Coapteturq; dominus aſcendentis,quar-
tæq;,& eorum domini,& eorum qui eos recipiunt,fortunentur.
In emptione hæreditatis,coaptetur aſcendẽs eiusq; dominus & quar
tæ, & ut ſit ſtella fortunata in angulis,quæ ſi ibi dignitatem non habue
rit,fac ſaltem ut aliquod luminare aſpiciat aſcendens, uel quartam bo
no aſpectu.nec ſint domini angulorum retrogradi, nec planeta aut ſi-
gnum igneum in quarta. Scio Venetias habuiſſe Martem in quarta.In
dicat quandocunq; erit,igne cremari,quod Deus auertat.
Fortuna in aſcendente indicat arborum bonitatem, & rerum quæ
eleuantur à terra. Quæ ſi in ſeptima fuerit,ſignificat bonitatem culto-
rum. Si in quarta,ſeminum & rerũ bonitatem. Infortunæ autem in his
locis contrarium operantur.
Iupiter & planeta à quo Luna ſeparatur,detur emptori,& planeta cui
Luna iungitur,illius rei finem oſtendat.

In recon-

Digitized by Google

In reconciliatione patris cum filio, prima & quarta, & eorum domini merito coaptentur & Luna: Sintq́ in bonis locis, & bonorum aſpectu laudabili.

In ædificandis arcibus & urbium, aptetur Luna, Sol, aſcendens, pars fortunæ, eorumq́ domini, & eorum qui eos recipiunt, & ſit aliqua ex ſtellis fixis primæ uel ſecundæ magnitudinis ex fœlicibus, uel ex natura Saturni, ſi ipſe fuerit bene diſpoſitus in prima uel decima, ſitq́ aſcẽdens ſignum fixum, ſitq́ Mars cadens à ſignificatoribus ædificij. Quod ſi hoc euitari non poteſt, ſit Mars in trino Veneris.

In ædificijs autem priuatorum, quæ de urbibus diximus, laudabilia ſunt, ſed ſatis erit, fœlices ſtellas in prima uel quarta locari, uel ſaltem in aliquo angulorum.

In deducendis riuis & cannalibus aquarum, aſcendẽs, Luna, & eorũ domini, & qui eos receperint, coaptẽtur: Sitq́ Saturnus oriẽtalis, ſimiliter dominus primæ, & ſint in angulis, in aliqua ſuarum dignitatum, liberi ab infortunantibus, & Luna in tertia uel quinta in ſigno terreo, uel decima uel undecima, ibiq́ Saturnus, dummodo non ſit iunctus Lunæ & apta Iouem, & caue infortunantes in decimo locare.

Arborum plantatio, exigit Lunam in Tauro, iunctam Veneri, uel in Aquario, Leone, Piſce, uel Virgine. Sitq́ Saturnus directus in aliqua ſuarum dignitatum, in prima, ſecunda, quinta, undecima, uel quòd habeat in his aliquam dignitatem, & Iupiter eum aſpiciat.

In ſemente ſerenda, ſit aſcendẽs ſignum mobile, & Luna diſponatur, ut in arboribus diximus. Taurus ratificat ſemen. Ideo oportet ut plus in eo iaciatur quàm in alio ſigno.

In ædificandis nauibus, aſcendens, Luna, & eorum domini coaptentur. ſintq́ in prima, undecima, uel duodecima domo, Sitq́ aſcendens ſignum fixum, quarta quoq́ & eius dominus bene aptetur, & ſit ſignũ aqueum, uel eius dominus in ſigno aqueo, iunctus fortunis, ne ſit dominus quartæ, & Luna in aſpectu Martis.

In molendinis aquæ, fac ut de nauibus diximus, ſed ſit in prima ultima Piſcium medietas, uel Virginis. In his uero, quæ per aquam non exercentur, ſit in prima ſignum fixum.

Hora ad fodiendum theſaurum bona erit, ſi Luna non fuerit infortunata in angulis, & fac ut aſpiciat ſignificatorẽ rei occultæ fortunatæ, uel quòd dominus quartæ aſpiciat aſcendens.

Molendina ad uentum, uolunt ut ſit in prima ſignum aereum, & Luna ſimiliter. Sitq́ in prima, decima, uel undecima, nec ſit in Cancro uel Capricorno.

Non eligas alicui diem & horam ad fodiendum theſaurum, uel aliã rem abſconſam, niſi prius uideris eſſe in loco.

In ædificandis domibus, noli ponere Lunam meridionalem deſcendentem in Scorpione uel Piſce, quia opus cito deſtrueretur.

Quintæ

Digitized by Google

Quintæ domus electiones.

IN conceptu filiorum, coaptanda erit quinta domus, & Luna in prima, & quītæ dominus in ſigno maſculino uel in quarta maſculina, quæ eſt à decima ad primam, & quæ illi oppoſita. Coapta etiam luminare temporis, ſit quinta & eius dominus liber à malis, & bene fortunentur.

Pro filio tradendo ad artes, ſit aſcendens Gemini uel Virgo, melius Virgine. Sitq́; Luna ſeparata à malis, Mercurio iuncta bono aſpectu: Sitq́; Mercurius orientalis & fortis, & ſimiliter eius receptor, & ſit Luna aucta lumine & numero. Caue etiam Mercurij retrogradationē, neq́; Luna ſit tardi motus.

In reconciliandis filijs, dic, ut diximus de fratribus eorum, ſolummodo ſignificatoribus commutatis.

Sextæ domus electiones.

TRes primæ diei horæ ſanguini aſſignātur, & tres deinde ſequentes coleræ nigræ, Vltimæ tres flegmati, ſimiliter in nocte menſe Lunari, & anni quartis dicendum eſt.

Noli tangere membrum ferro, Luna exiſtente in ſigno eiuſdem membri. Similiter ſi ibidem fuerit aſcendentis dominus.

Fleubothomatio, in principio menſis lunaris fiat, ſed uentoſatio in fine.

Purgatorium non des Luna exiſtente cum Ioue, nam fiet medicinæ opus diminutum, non eſt tamen infortunanda.

Hora apta ad fugitiuum inſequendum, debilitata fiet Luna, & infortunetur à domino primæ, nam hoc ſignificat ſerui captiuitatem.

In aduerſa ualetudine, quæ totum corpus grauat, ſit aſcendens Libra, uel ſignum humanū. Si autem in particulari morbo, ſit illius membri ſignum in prima, eiuſq́; dominus liber ab impedimentis, & planeta illius membri ſaluus, & tunc adhibeto remedium &c. Pro dolore aliquo expellendo, cum adhibes remedia, ſit Luna in prima fortunantibus iuncta. Sitq́; aſcendens Libra uel Scorpius, nec ſit aliquis malorum in angulis, Luna nec obſeſſa, aut aliter infortunata. Quod ſi hoc fieri non poteſt, ſit ſaltem in bono fortunantium aſpectu, & in ſigno illius membri quod curaueris, ſi curatio ſit ſine ferro uel inſciſione.

In his uero, quæ ferro curantur, ſit Luna aucta lumine & numero, fortunata à Ioue uel Venere, libera ab omni Martis impedimento, ſitq́; primæ dominus in prima uel decima, aut iunctꝰ domino decimæ.

φλεβοτομία exigit, ne Mars ſit in aſcendente, nec ſit Gemini in prima,

nec in his Luna. Poſt hæc apta aſcendentẽ & eius dominum, nec ſit Saturnus in aſcendente. Sitq́ꝫ Luna ſalua à malis, & in bono Martis aſpectu, dummodo ipſe non ſit in Tauro uel Cancro, nec ſit Mars ſeptentrionalis uel aſcendens ad ſuam augem, ſitq́ꝫ dominus domus Lunæ eum aſpiciens ex bonis locis.

Caue horam ☉, ♄, & ♂ in minutione ſanguinis, etiam ultimam ♎ partem, propter galaxiam.

Ne ponas ſignum ſextæ, octauæ uel duodecimæ natiuitatis, uel etiã ſignum in quo infortuna fuerat natiuitatis tempore, aſcendens pro hora minutionis ſanguinis, necꝫ etiam Luna in illis ſit.

In medicina laxatiua apta aſcendens & eius dominum, ſitq́ꝫ Luna in ultima Libræ medietate uel prima Scorpij, ſintq́ꝫ domini domus Lunæ, & aſcendentis ſalui, ſitq́ꝫ aſcendens ſignum meridionale, dummodo non ſit ex ruminantibus ubi Luna ſit uel aſcendentis dominus.

In uomitu prouocando, ſit Luna, aſcendẽs, & eius dominus, in ſigno ruminante, ne ſit dominus aſcendentis uadens ad ſuam exaltationem, & tunc remedia adhibeto.

Balneum, exigit Lunam in Ariete uel Scorpiõe iunctam Ioui uel Soli, aut Veneri bono eorum aſpectu.

In emptione ſeruorum, ſit Luna in Tauro, uel in ſecunda medietate Sagittarij, ſitq́ꝫ aſcendẽs & eius dominus in ſigno humano, & caue Arietem, Leonem, Scorpionem, aut Capricornum ponere in ſexta, ne ue Luna aut primæ dominus ſit in aliquo prædictorum, necꝫ ſextæ dominus Aries. Indicat negligentem ſeruum, Leo ſuperbum & rapacem, Scorpius iracundum & mendacem, Capricornus uero deſtructorem rerum domini.

In oculorum cura, ſit Luna aucta numero & lumine, libera à malis & infortunatis aſpectu.

In emendis animalibus, ſit aſcendens, & Luna in ſigno eius animalis, fortunata et recepta à planeta illius ſigni domino.

In animalibus groſſioribus, bonum eſt eam in Tauro collocare, uel in ſecunda medietate Sagittarij. In paruis uero, ſit in Ariete uel Capricorno, uel Tauro, ſi aliter non poteſt fieri.

Septimæ domus electiones.

HAec domus multa habet rerum ſignificata. Ideo ſi in ea longior fuero, ſciant omnes me utilitati magis & uſui, quàm tempori, aut breuitati inſeruire. Igitur in matrimonio celebrando, apta aſcendens & Lunam, eorumq́ꝫ dominos, & eorum receptores, ſitq́ꝫ aſcendẽs fixum Taurus uel Leo, & in eorum altero Luna in trino uel ſextili Solis aſpectu.

In matrimonijs uirginũ, noli ponere Lunã in Leone uel Cancro. In uiduarũ uero matrimonijs in his bene locatur.

Digitized by Google

Septima & eius dominus, Venus & Luna à quo ſeparatur, ſignificat eſſe mulierũ. Decimæ uero dominus, quid inter eos ſit futurum. Quarta uero & eius dominus, utrorumq; finem.

Hora nuptiarum, ſi fortuna decimam poſſederit, ſignificat prima nocte concubitus mulierem impregnari, ſi fuit prius corrupta. Ideo elige ut diximus.

In ſocietate contrahenda pro lucro adipiſcendo, aptetur aſcendens & Luna, eorum domini & receptores, ſitq; in prima ſignũ commune, & ſimiliter Luna in cõmuni præter Geminos. Similiter dominus domus Lunæ, uel ſit hic in Leone, liberi omnes & fortunati in bonis locis & receptionem: nam receptio ſignificat ſociorum lucra. At ſi non potes hæc omnia facere, apta primam, ſecundam, quartam, decimam & undecimam domos, & eorum dominos, & pars fortunæ, fortunetur à Ioue uel à Venere, ſintq; liberi à malorum conſortio & aſpectu.

In hoſtibus inuadendis, debilitentur ſeptimæ & octauæ domini, & fortunentur domini primæ & ſecundæ.

In uenatione, dominus ſeptimæ debilitetur, & Luna, ſitq; infortunata à domino primæ uel ſextæ, nec aliter infortunetur.

In rebus amoris, ut matrimonio, fortificetur Venus & Luna.

Prælianti non prodeſt, ſi dominus primæ fuerit infortuna retrograda, uel ſub radijs, ſimiliter dominus ſeptimæ, nã qui prior inceperit obtinebit.

Hora exitus ad pugnã, caue dominũ primæ euntẽ ad dñm ſeptimæ.

Noli oppugnare ciuitatem, cuius aſcendentis dominus ſit eius anni dominus. Ideo in electione ſis prudens.

Duorum exercituum quæſtione exorta, orientis & occidentis domini ponderentur, nam qui horum fuerit potentior, is uictoria potietur. Et ideo apta cœlum ei, cuius partes ſuſceperis protegendas.

In exitu ad pugnam, fac ſit aſcendentis dominus & ſecundæ fortiores domino ſeptimæ & octauæ: nam qui potentior, uictoria potietur.

Apta pro inceptiõe prælij, partem fortunæ in oriente. Quæ ſi in ſeptima ſit, inuaſi partes tuebuntur, attamen huius contrarium uidi in obſidione Motonis, in qua oppidani deditionem fecere.

In bellis ſcito maiorẽ eſſe fortitudinẽ planetis ſupiorib9 q̃ inferiorib.

Quos uoles ad cõcordiam adducere, elige his bonos aſpectus, & maxime primæ & ſeptimæ dominis.

Lunam eſſe infortunatam hora prælij inicien̄di cauendum, ea autem ſalua, & domino aſcendentis, laudabile. Si uero infortunata, ſuccumbet, qui prælium inceperit.

Inuaſori, dominus aſcendẽtis in oriẽte locet, ſi in Auſtrũ, in ſeptẽtrionem: ſi in occidentẽ uerſus aggreſſurus, Luna in oriente locetur.

Mars in orientali parte circuli à decimo gra. Tauri uſq; ad Leonis decimũ, Et à decimo Scorpij, uſq; ad decimũ Sagittarij, In oriẽtis partem

pugnandum admonet, ſed ab Aquarij decimo uſq; ad decimum Tauri, in parte occidentis pugnandum teſtatur.

Noli pugnam inire Luna exiſtente combuſta.

Sol, Iupiter, & caput in oriente, inceptorem reddit incolumem, & ſaluum reditum pollicetur.

Sole cum domino orientis adiuncto, nemo pugnaturus accedat, nec unquam talem amicis horam eligito.

Saturnus in oriente, eius domino etiam bene ſe habente, pugnandū uetat. nam ex equo præcipitabitur. Si autem male ſe habuerit, etiam uulnerabitur, aut quid grauius ſibi eueniet.

Mars cum cauda in oriente, aut cum ipſius domino, male ſe habēte, pugnæ inceptorem letaliter uulnerari teſtatur. Bene autem ſe habente, uulnus non erit ad mortem.

Hora pugnæ, infortunantes in octaua, timorem ingerunt.

Sol in octaua, uel cum octauæ domino pugnandum adnegat.

Infortunantes in decima collocatæ, uetant accedere ad pugnam.

Mars & Saturnus in oriente, utraq; partes leto afficiunt.

Hora ergo exitus ad pugnam, elige ſeptimæ & octauæ dominos, parti quam tueberis in prima uel ſecunda. Sintq; domini primæ & ſecundæ optime locati, & debilita aduerſarij partes, & ſit aſcendēs aliquod ſignū planetarum ſuperiorum, ſed Scorpius Ariete melior. Sitq; Mars fortis & fortunatus, & optimum, ſi cum eo ſit Iupiter in prima uel ſecunda, decima uel undecima, & debilita Venerem ſi ſit domina ſeptimæ, & Mercurium pro adiutoribus aduerſæ partis, quia Gemini erunt in octaua. Et pone Venerem & Mercurium in aſcendente uel ſecūda retrogrados uel combuſtos, uel cadentes ſi poteris, & ab aſpectu laudabili ſeptimæ uel octauæ domus.

Eſt etiam in eligendo bonum, ut infortunans ſeptimā, ſit dominus aſcendentis, uel ſaltem ſecundæ, pro eo quem iuuare uolueris.

Mars nō locetur in aſcendente, niſi ipſe fuerit aſcendentis dominus, & ſit ut aſpiciat aſcendens bono aſpectu in prælio ineundo.

Noli ponere dominum aſcendentis & ſecundæ in exitu ad pugnam in ſeptima uel octaua domo.

Si tui ducis natale præſciueris, optimum erit ponere eius dominum in bono loco, ſtellarumq; fortunantium bono aſpectu aut coniunctione ipſo non impedito.

Horæ combuſtæ attendendæ ab inceptore prælij, quæ ſunt à coniunctione Solis cū Luna proximæ præteritæ à combuſtionis minuto uſq; ad 12 horas ſequentes. Quod ſi quis in primis quatuor horis prælium inceperit, ſuccumbet. Tranſactis his 12 ſequentes uſq; ad 72. proſunt inceptori, & pari modo procedendo uſq; ad ſignorum finem.

Si Leo ſit in prima hora inceptionis prælij, pone Solem fortunatum in prima, & debilita Saturnum, & ſi poteris, pone eum in Leone combuſtum,

Digitized by Google

buſtum, aut in Cancro, uel retrogradum, aut in Ariete debilem, & apta Martem ex parte tua, & quòd hoſtes non habeant Martem in ſeptima uel octaua.

Vexilla ſi quando alicui duci dabitur, bonum erit decimam, & eius dominum bene locari. Sitq; Luna in Scorpione cum Marte, uel in eius bono aſpectu, & ſimiliter in aſpectu Iouis & Veneris. Sitq; Mars ab omni impedimento ſecurus. At ſi non poteris Lunam in Scorpione locare, ſit in Ariete ſalua, & in fine ſui menſis, ſed Scorpius in his magis iuuat.

Iterum ad idem ualet Scorpionem in decima locari, Lunamq; & Solem ibidem, quod intellige cum rex eſt qui dat alicui duci uexillum.

In uexillo autem à ciuibus liberis dato, illi qui eorum nomine bellū gerit, ſit Luna in domo Iouis ſalua & fortunata, ne ſit in Cancro, ſimiliter fortunato Ioue, & nullus horum ſit in domo inſortunantium, ſi uis ne pugnam capeſſat.

Si autem uis cum pugnatore, pone Lunam in domibus Martis liberam & fortunatam, uel in Leone Soli iunctam bono aſpectu, ſitq; pars fortunæ, uel eius dominus in aſcendente.

Pro hora eligenda in obſidendo aliquem locum, ſit Luna minuta lumine in latitudine meridiana, iuncta ſtellis fœlicibus, uel ut eam aſpiciant quoquo modo. Sitq; Mars in trino Lunæ in ſigno fœminino, ſitq; aſcendēs ex ſignis recte orientibus multarum aſcenſionum, & fortunantes illud aſpiciant. Et ſi Luna uiderit Saturnum ex trino, melius erit, & caue malos Saturni ad Lunam aſpectus, ne ue ſit Saturnus cadens ab angulis, quoniam indicaret diuturnitatem obſidiōis. Hoc ego ſum expertus eſſe ueriſſimum in obſidione Collis uallis.

Octauæ domus electiones.

IN hæreditatibus acquirendis, ſit domus octaua bene fortunata.

Vxoris dotes erunt utiles, & facile acquirentur, ſi eliges horam matrimonio aptam, hoc eſt, ut ſint in eo contrahendo ſtellæ fœlices in domo octaua.

Pro ſubſtantijs aduerſarij adipiſcendis, pone dominum octauæ in prima uel ſecunda, aut eum à dominis harum inſortunari.

Nonæ domus electiones.

NOn eligas regi facienti iter, ut ſit dominus aſcendētis in octaua, etiam ſi fuerit in ſua exaltatione.

Signa fixa in itineribus uituperantur, mobilia uero laudant.

Luna in itineribus legationibusq;, & rebus maritimis optime coaptetur.

Digitized by Google

Mars terrarum itinera, Saturnus maritima conturbat. Ideo uita eos in his in nona locari.

In initio itineris, non ſit malus in octaua, & in reditu non ſit malus in ſecunda.

Noli Lunam ponere in uia combuſta uolenti facere iter, quoniam aduerſa ualetudine lederetur, uel alijs itinerũ anguſtijs.

Mercurius in diſciplinarum rebus, ſcripturarum & numerorũ, optime coaptandus. In rebus religionis, Sol, Luna, aſcendens, & eorum domini coaptentur, & ſit aliqua domorum Iouis, in prima uel nona, Lunaq́ locetur ad tertiam domum.

In nuncijs ad regem mittendis, non ſit Luna in Aquario, nec in piſcibus. Et ſit iuncta Soli bono aſpectu, aut domino domus decimæ.

Puerũ recte ad artes tradas, ſit Gemini aſcendens. & Luna libera à malis iuncta bene Mercurio, uel ſit aſcendens Virgo, ſitq́ Mercurius fortunatus & potens, & ſit Luna aucta lumine & numero, quoniã tunc ſignificat puerũ habere uoluntatem addiſcendi.

In itineribus per terram, ſit aſcendẽs ſignum terreum, ſed ſi per aquã, aquæum, ſitq́ Luna in undecima, uadẽs ad decimam, nec ſit ſub terra. Quod ſi non potes hoc facere, ſit in tertia uel quinta fortunata, & ab infortunijs libera, & ſimiliter Lunæ dominus, & eorum receptores.

In itineribus, in quibus ſperatur utilitas, dominus horæ coaptandus.

Pro itinerante, apta aſcendens & eius dominum, ſecundã uero & eius dominum, pro cuſtodia rerum ſuarum, ſeptimã pro loco ad quem uadit. Octauam uero & eius dominum pro lucro quod ſperauerit. Decimam uero & eius dominum pro his quæ accident ſibi in uia. Quartam uero et eius dominum pro fine itineris.

Apta Lunam cum planeta ſignificante rem, pro qua ire intendis, ut ſi ibis ad regem, iungatur Soli, uel domino decimæ bono aſpectu, nec ſit Luna in Aquario, nec in quarta, nec in ſeptima, nec in piſcibus, quoniã ſunt in duodecima ab Ariete in quo Sol exaltatur.

Si ſeptimæ dominus fuerit in prima, & Luna iungatur planetæ retrogrado, occurret id ſibi in uia, pro quo uiator ire intendit.

Non eligas alicui iter, Luna exiſtẽte in ſecunda uel tertia facie Libræ.

Caue in omni inceptione itineris, ponere Lunam cum infortunantibus, aut eorum aſpectu.

Pro celeritate reditus eligẽda, ſit Sol in oppoſito ſtellarũ fœliciũ, aut ſi fuerit in oppoſito infœlicium, ſignificat contrarium & impedimenta grauiſſima.

Similiter pro celeritate aptãda eſt quòd non ſit Luna in prima, ſecunda uel quarta, quia in his locis moram denunciat.

In itineribus maris, noli ponere Lunam in Scorpione.

Decimæ domus electiones.

Solis

Digitized by Google

SOlis fortitudo quærenda, in adeptione dignitatũ & regũ negocijs. Similiter in electione regũ, decimæ dominus coaptetur, & ſigni dominns in quo fuerit, Similiter Luna & eius receptor, ſintq; omnes in bono fortuantium aſpectu.

In dignitatibus curtaliũ, prima, ſecunda, & eorũ domini, & receptores eorum, merito coaptandi. Et ſi ſcribæ elegeris, apta Mercurium cum his quæ ſupra diximus, poneq; Iouem in prima, iunctum domino decimæ, uel in ipſius bono aſpectu, uel etiã □ ſi cum receptione fuerit.

Non ſint infortunantes in angulis, ſi pro dignitate elegeris, nec Luna combuſta, uel aliter impedita, uel cum cauda, nam ſi ſic fuerit, notantur impedimenta, ut regi Ferdinando euenit, Marte in decima, & Saturno in quarto locatis, de cuius fine dubitandum, nam primum malum, ter enim ab eo proceres rebellarunt & populi.

Pro hora conciliendi ſe cum aliquo domino quicũq; ſit, aſcendẽs fac impeditum & eius dominũ, ſimiliter ſit infortunata & debilis Luna, & planeta à quo ſeparatur, & ſit deficiens lumine & numero, & ſeptimũ & eius dominũ fortunatũ facito & fortẽ. Et ſimiliter planeta cui Luna iungitur. Sitq; ſeptimæ dominus in bono loco ab aſcendente, liber à malis.

In redeundo ad artificium aliquod, apta primã, decimam, & eorum dominos, Lunã quoq;, & planetã magiſterij ſignificatorem, facq; eum fortem, ut ad arma, Martem: ad literas, Mercurium: ad muſicam, Venerem: ad leges, Iouem: ad arua, Saturnum.

Vndecimæ domus electiones.

IN amicitijs contrahendis, & gratia ineunda, pone Lunam in undecima domo cum domino undecimæ, ſi potes, & ibidẽ ſit dominus primæ, & omnes iunctos Veneri, uel Venus iungatur Lunæ, aut domino undecimæ bono aſpectu. Aut Venus ex Tauro, Piſce, uel Libra aliquem ipſorum recipiat ea forti exiſtẽte, & Luna recipiatur à Ioue, uel pone eam fortem in aliqua ex dignitatibus Veneris & fortunatam.

In amicitijs ineundis in quibus lucrũ quæritur, ſit Luna in aſcendente uel ſigno eiuſdẽ triplicitatis, fortunata & recepta à domino, in cuius ſigno fuerit, uel exaltationis, & ſit ibidem pars fortunæ.

Pro fidutia rei adipiſcendæ, ſit Luna aſcendens & eorum domini. Secunda quoq;, undecima, et eorũ domini, aſpicientes aſcendẽs & eius dominum, & Lunam, uel eorum alterum bono aſpectu cum receptione, & ſic erit rei illius facilis impetratio.

Duodecimæ domus electiones.

IN reconciliandis inimicis, apta aſcendens, & eius dominum, debilita ſeptimam, quem pone in aſpectu domini aſcendentis cũ aliqua

fortuna

Digitized by Google

Mars terrarum itinera, Saturnus maritima conturbat. Ideo uita eos in his in nona locari.

In initio itineris, non ſit malus in octaua, & in reditu non ſit malus in ſecunda.

Noli Lunam ponere in uia combuſta uolenti facere iter, quoniam aduerſa ualetudine lederetur, uel aliis itinerũ anguſtiis.

Mercurius in diſciplinarum rebus, ſcripturarum & numerorũ, optime coaptandus. In rebus religionis, Sol, Luna, aſcendens, & eorum domini coaptentur, & ſit aliqua domorum Iouis, in prima uel nona, Lunaq́ locetur ad tertiam domum.

In nunciis ad regem mittendis, non ſit Luna in Aquario, nec in piſcibus. Et ſit iuncta Soli bono aſpectu, aut domino domus decimæ.

Puerũ recte ad artes tradas, ſit Gemini aſcendens. & Luna libera à malis iuncta bene Mercurio, uel ſit aſcendens Virgo, ſitq́ Mercurius fortunatus & potens, & ſit Luna aucta lumine & numero, quoniã tunc ſignificat puerũ habere uoluntatem addiſcendi.

In itineribus per terram, ſit aſcendẽs ſignum terreum, ſed ſi per aquã, aquæum, ſitq́ Luna in undecima, uadẽs ad decimam, nec ſit ſub terra. Quod ſi non potes hoc facere, ſit in tertia uel quinta fortunata, & ab infortuniis libera, & ſimiliter Lunæ dominus, & eorum receptores.

In itineribus, in quibus ſperatur utilitas, dominus horæ coaptandus.

Pro itinerante, apta aſcendens & eius dominum, ſecundã uero & eius dominum, pro cuſtodia rerum ſuarum, ſeptimã pro loco ad quem uadit. Octauam uero & eius dominum pro lucro quod ſperauerit. Decimam uero & eius dominum pro his quæ accident ſibi in uia. Quartam uero et eius dominum pro fine itineris.

Apta Lunam cum planeta ſignificante rem, pro qua ire intendis, ut ſi ſbis ad regem, iungatur Soli, uel domino decimæ bono aſpectu, nec ſit Luna in Aquario, nec in quarta, nec in ſeptima, nec in piſcibus, quoniã ſunt in duodecima ab Ariete in quo Sol exaltatur.

Si ſeptimæ dominus fuerit in prima, & Luna iungatur planetæ retrogrado, occurret id ſibi in uia, pro quo uiator ire intendit.

Non eligas alicui iter, Luna exiſtẽte in ſecunda uel tertia facie Libræ.

Caue in omni inceptione itineris, ponere Lunam cum infortunantibus, aut eorum aſpectu.

Pro celeritate reditus eligẽda, ſit Sol in oppoſito ſtellarũ fœliciũ, aut ſi fuerit in oppoſito infœlicium, ſignificat contrarium & impedimenta grauiſſima.

Similiter pro celeritate aptãda eſt quòd non ſit Luna in prima, ſecunda uel quarta, quia in his locis moram denunciat.

In itineribus maris, noli ponere Lunam in Scorpione.

Decimæ domus electiones.

Solis

SOlis fortitudo quærenda, in adeptione dignitatũ & regũ negocijs. Similiter in electione regũ, decimæ dominus coaptetur, & ſigni dominus in quo fuerit, Similiter Luna & eius receptor, ſintq́ꝫ omnes in bono fortuantium aſpectu.

In dignitatibus curialiũ, prima, ſecunda, & eorũ domini, & receptores eorum, merito coaptandi. Et ſi ſcribæ elegeris, apta Mercurium cum his quæ ſupra diximus, poneq́ꝫ Iouem in prima, iunctum domino decimæ, uel in ipſius bono aſpectu, uel eriã □ ſi cum receptione fuerit.

Non ſint infortunantes in angulis, ſi pro dignitate elegeris, nec Luna combuſta, uel aliter impedita, uel cum cauda, nam ſi ſic fuerit, notantur impedimenta, ut regi Ferdinando euenit, Marte in decima, & Saturno in quarto locatis, de cuius fine dubitandum, nam primum malum, ter enim ab eo proceres rebellarunt & populi.

Pro hora conciliendi ſe cum aliquo domino quicũq; ſit, aſcendẽs fac impeditum & eius dominũ, ſimiliter ſit infortunata & debilis Luna, & planeta à quo ſeparatur, & ſit deficiens lumine & numero, & ſeptimũ & eius dominũ fortunatũ facito & fortẽ. Et ſimiliter planeta cui Luna iungitur. Sitq́ꝫ ſeptimæ dominus in bono loco ab aſcendente, liber à malis.

In redeundo ad artificium aliquod, apta primã, decimam, & eorum dominos, Lunã quoq́ꝫ, & planetã magiſterij ſignificatorem, facq́ꝫ eum fortem, ut ad arma, Martem: ad literas, Mercurium: ad muſicam, Venerem: ad leges, Iouem: ad arua, Saturnum.

Vndecimæ domus electiones.

IN amicitijs contrahendis, & gratia ineunda, pone Lunam in undecima domo cum domino undecimæ, ſi potes, & ibidẽ ſit dominus primæ, & omnes iunctos Veneri, uel Venus iungatur Lunæ, aut domino undecimæ bono aſpectu. Aut Venus ex Tauro, Piſce, uel Libra aliquem ipſorum recipiat ea fortĩ exiſtẽte, & Luna recipiatur à Ioue, uel pone eam fortem in aliqua ex dignitatibus Veneris & fortunatam.

In amicitijs ineundis in quibus lucrũ quæritur, ſit Luna in aſcendente uel ſigno eiuſdẽ triplicitatis, fortunata & recepta à domino, in cuius ſigno fuerit, uel exaltationis, & ſit ibidem pars fortunæ.

Pro fiducia rei adipiſcendæ, ſit Luna aſcendens & eorum domini. Secunda quoq́ꝫ, undecima, et eorũ domini, aſpicientes aſcendẽs & eius dominum, & Lunam, uel eorum alterum bono aſpectu cum receptione, & ſic erit rei illius facilis impetratio.

Duodecimæ domus electiones.

IN reconciliandis inimicis, apta aſcendens, & eius dominum, debilita ſeptimam, quem pone in aſpectu domini aſcendentis cũ aliqua fortuna

Digitized by Google

Mars terrarum itinera, Saturnus maritima conturbat. Ideo uita eos in his in nona locari.

In initio itineris, non ſit malus in octaua, & in reditu non ſit malus in ſecunda.

Noli Lunam ponere in uia combuſta uolenti facere iter, quoniam aduerſa ualetudine lederetur, uel alijs itinerũ anguſtijs.

Mercurius in diſciplinarum rebus, ſcripturarum & numerorũ, optime coaptandus. In rebus religionis, Sol, Luna, aſcendens, & eorum domini coaptentur, & ſit aliqua domorum Iouis, in prima uel nona, Lunaq; locetur ad tertiam domum.

In nuncijs ad regem mittendis, non ſit Luna in Aquario, nec in piſcibus. Et ſit iuncta Soli bono aſpectu, aut domino domus decimæ.

Puerũ recte ad artes tradas, ſit Gemini aſcendens. & Luna libera à malis iuncta bene Mercurio, uel ſit aſcendens Virgo, ſitq; Mercurius fortunatus & potens, & ſit Luna aucta lumine & numero, quoniã tunc ſignificat puerũ habere uoluntatem addiſcendi.

In itineribus per terram, ſit aſcendẽs ſignum terreum, ſed ſi per aquã, aquæum, ſitq; Luna in undecima, uadẽs ad decimam, nec ſit ſub terra. Quod ſi non potes hoc facere, ſit in tertia uel quinta fortunata, & ab infortunijs libera, & ſimiliter Lunæ dominus, & eorum receptores.

In itineribus, in quibus ſperatur utilitas, dominus horæ coaptandus.

Pro itinerante, apta aſcendens & eius dominum, ſecundã uero & eius dominum, pro cuſtodia rerum ſuarum, ſeptimã pro loco ad quem uadit. Octauam uero & eius dominum pro lucro quod ſperauerit. Decimam uero & eius dominum pro his quæ accident ſibi in uia. Quartam uero et eius dominum pro fine itineris.

Apta Lunam cum planeta ſignificante rem, pro qua ire intendis, ut ſi ibis ad regem, iungatur Soli, uel domino decimæ bono aſpectu, nec ſit Luna in Aquario, nec in quarta, nec in ſeptima, nec in piſcibus, quoniã ſunt in duodecima ab Ariete in quo Sol exaltatur.

Si ſeptimæ dominus fuerit in prima, & Luna iungatur planetæ retrogrado, occurret id ſibi in uia, pro quo uiator ire intendit.

Non eligas alicui iter, Luna exiſtẽte in ſecunda uel tertia facie Libræ.

Caue in omni inceptione itineris, ponere Lunam cum infortunantibus, aut eorum aſpectu.

Pro celeritate reditus eligẽda, ſit Sol in oppoſito ſtellarũ fœliciũ, aut ſi fuerit in oppoſito infœlicium, ſignificat contrarium & impedimenta grauiſſima.

Similiter pro celeritate aptãda eſt quòd non ſit Luna in prima, ſecunda uel quarta, quia in his locis moram denunciat.

In itineribus maris, noli ponere Lunam in Scorpione.

Decimæ domus electiones.

Solis

Digitized by Google

SOlis fortitudo quærenda, in adeptione dignitatũ & regũ negocijs. Similiter in electione regũ, decimæ dominus coaptetur, & ſigni dominns in quo fuerit, Similiter Luna & eius receptor, ſintq́ȝ omnes in bono fortuantium aſpectu.

In dignitatibus curialiũ, prima, ſecunda, & eorũ domini, & receptores eorum, merito coaptandi. Et ſi ſcribæ elegeris, apta Mercurium cum his quæ ſupra diximus, poneq́ȝ Iouem in prima, iunctum domino decimæ, uel in ipſius bono aſpectu, uel etiã □ ſi cum receptione fuerit.

Non ſint infortunantes in angulis, ſi pro dignitate elegeris, nec Luna combuſta, uel aliter impedita, uel cum cauda, nam ſi ſic fuerit, notantur impedimenta, ut regi Ferdinando euenit, Marte in decima, & Saturno in quarto locatis, de cuius fine dubitandum, nam primum malum, ter enim ab eo proceres rebellarunt & populi.

Pro hora conciliendi ſe cum aliquo domino quicũq; ſit, aſcendẽs fac impeditum & eius dominũ, ſimiliter ſit infortunata & debilis Luna, & planeta à quo ſeparatur, & ſit deficiens lumine & numero, & ſeptimũ & eius dominũ fortunatũ facito & fortẽ. Et ſimiliter planeta cui Luna iungitur. Sitq́ȝ ſeptimæ dominus in bono loco ab aſcendente, liber à malis.

In redeundo ad artificium aliquod, apta primã, decimam, & eorum dominos, Lunã quoq́ȝ, & planetã magiſterij ſignificatorem, facq́ȝ eum fortem, ut ad arma, Martem: ad literas, Mercurium: ad muſicam, Venerem: ad leges, Iouem: ad arua, Saturnum.

Vndecimæ domus electiones.

IN amicitijs contrahendis, & gratia ineunda, pone Lunam in undecima domo cum domino undecimæ, ſi potes, & ibidẽ ſit dominus primæ, & omnes iunctos Veneri, uel Venus iungatur Lunæ, aut domino undecimæ bono aſpectu. Aut Venus ex Tauro, Piſce, uel Libra aliquem ipſorum recipiat ea forti exiſtẽte, & Luna recipiatur à Ioue, uel pone eam fortem in aliqua ex dignitatibus Veneris & fortunatam.

In amicitijs ineundis in quibus lucrũ quæritur, ſit Luna in aſcendente uel ſigno eiuſdẽ triplicitatis, fortunata & recepta à domino in cuius ſigno fuerit, uel exaltationis, & ſit ibidem pars fortunæ.

Pro fiducia rei adipiſcendæ, ſit Luna aſcendens & eorum domini. Secunda quoq́ȝ, undecima, et eorũ domini, aſpicientes aſcendẽs & eius dominum, & Lunam, uel eorum alterum bono aſpectu cum receptione, & ſic erit rei illius facilis impetratio.

Duodecimæ domus electiones.

IN reconciliandis inimicis, apta aſcendens, & eius dominum, debilita ſeptimam, quem pone in aſpectu domini aſcendentis cũ aliqua

fortuna

ſortuna,& debilita dominum duodecimæ, poneq́ eum in cadenti. Et ſi duodecima domus fuerit infortunata bonum erit,& apta Mercurium.

Ad expellendos malignos ſpiritus,apta aſcendens, & eius dominū, & Lunam, nec ponas Cancrum in prima, Leonemq́ aut Aquarium, neq́ Lunam in aliquo horum ſignorum, & in quo loco eam pones,fac ſit fortis, libera & fortunata.

In piſcatione,ſit aſcendens ſignum commune,aptaq́ eius dominum, uel ſit ſignum aquaticum, Lunaq́ & ſeptimæ dominus infortunati. ſintq́ eorum domini à Saturno uel Marte damnati.

In ludo taxillarum, non ſit ſignum fixum in prima, ſitq́ dominus primæ boni eſſe. Dominus uero ſeptimæ debilis & infortunatus, ſitq́ dominus octauæ in ſecunda uel prima, receptus à domino primæ uel ſecundæ,& ipſe non recipiat ſecundæ dominum,& Luna ſemper à fortunijs iungens ſe alteri fortunæ, & ſit ſupra terram in pectore eius,qui ludere quæſierit, ſitq́ fortunata & fortis.

At ſi eligis ei qui fuerit inuitatus ad ludum,ſit Luna in pectus requiſiti ex parte occidentis,& alia ut decet,& cuicunq́ elegeris,fac Lunam eſſe contra faciem ipſius.

In uenationibus apta Lunam, & melius horæ dominum,& ſit Luna cadens ab aſcendente,nec illud aſpiciat.

Scio in his, reuerendiſſime pater,multa me cōſciſe dixiſſe,& forte amplitudini tuæ obſcura uidebuntur, quæ tamen aſſidua lectione magis in aperto fient.Libellus profecto utilis ad omnia,in quibus electionem quæras rei alicuius perficiendæ:Qui ſi paruus eſt, non tamen deſpiciendus,ne tuæ bibliothecæ indecorus. Legat eum tua reuerendiſſima amplitudo & bene ualeat, cui me plurimum recommitto &c.

Perfectum Romæ duodecima Maij,anno incarnationis 1489 per Laurentium Bonicontrium aſtrologum Miniarenſem.

Digitized by Google